This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

3 2044 106 357 353

Fl
43
B31
e

HARVARD UNIVERSITY HERBARIUM.

Bought

LIBRARY OF THE GRAY HERBARIUM
HARVARD UNIVERSITY

Digitized by Google

consd. pr. occas. ent.
6. Jr.

Digitized by Google

Digitized by Google

DISPOSITIO

GENERVM PLANTARVM EVROPAE

SYNOPTICA

SECVNDVM SYSTEMA SEXVALE EMENDATVM

EXARATA

ADIVNCTIS ORDINIBVS NATVRALIBVS

AVCTORE

A. L. G. C. BATSCH

PROFESS. IENENSI.

C. A. Seubert

IENAE

SVMTIBVS BIBLIOPOLII CROEKERIANI

CIↃIↃCCXCIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEMONENDA.

Olim, ut ſtudioſis academiae Jenenſis inſerviret, genera plantarum circa Jenam indigena, vel copioſius culta, in diſpoſitione generum plantarum Jenenſium ſynoptico ordine digeſſi. Brevitatis cauſa genera ipſa non ubivis determinavi, ea ſolum generalibus diviſionibus ſubdidiſſe, contentus. Erat etiam aliis mendis preſſus labor.

Nova vice eundem in ſcopum libellum auctiorem et magis emendatum publici juris feci. Determinavi genera, exceptiones ſuo loco notavi, et praeeunte ſynopſi mea univerſali, accuratiorem characterum dependentiam obtinere conabar. Ne autem libellus ſolum arctis florae Jenenſis (licet omnino divitis) limitibus adhaereat, per univerſam Europam utilem reddere, generaque extra agrum Jenenſem obvia indigena, vel adventitia, vel (* notata) crebrius culta, etiam adjungere malui.

Correctionem, ratione ſuffultam, non meram innovationem eſſe, quam in ſexuali ſyſtemate, jam aliis ſuadentibus, ſuſcepi, mutationem, breviter, ſed ſpero clare, in fronte ſynopſeas juxta claſſium clavem demonſtravi.

Terminos artis aut eſſe notos lectori, aut in elementis revidendos eſſe, ſuppono; nonnulli novi forſan et inauditi, certe perſvaſus ſum, attenta lectione et comparatione idearum et naturae ſe probent firmos et adaequatos.

Qui

Digitized by Google

PRAEMONENDA.

Qui levi attentione hunc intricatum formarum labyrinthum aggredi, ejusque intimiora penetrare vellet, meliori conſilio ante januam revertat; tam pulchrum, et aeternum, immenſum opus, ut eſt Natura, in extimis immo oris ſolum ſumma ingenii ſolertia perſpicietur.

Juſtum tamen erit, ut docens, i. e. magis et rationaliter expertus, discenti, cui pro tempore copia experientiae deeſt, per rationalem, veram, et intelligibilem methodum viam aperiet, ad eadem experta citius et faciſius cognoſcenda. Hoc ſolo modo gens humana adolevit, ſe plus ultra nobilitabit, et hoc ſolo modo cacumen bonitatis et veritatis, nondum determinatum, aſcendet.

Nullibi in ſcientifica tractatione certitudine et veritate methodi magis opus erit, quam in ſcientia corporum naturae. Utramque in ſyſtemate regnorum trium jam longius attingere tentarunt, in deſcribenda hiſtoria naturali occupati. Linnaeus, omnes modos ſcientiam hanc tractandi, et digniorem faciendi, aperiens, etiam ſyſtemata ſpecierum et generum in magnum opus, e longinquo ſtupendum, ut natura ubique, redegit, ſed minime ad unguem politum. Compleamus poſteri, per ſecula plura, quae genius immortalis incepit, in ſeculo ſine pari, nunquam obliviſcendo.

Singulus homo tantum, modeſtus quidem, ut debebam, ſed bonae cauſae firmiter perſvaſus, etiam quaedam molimina divulgavi, quibus, ut, rationibus commotus, credebam, ſcientia augeri poſſit. Huc etiam ſynopticis tabulis, aditum ad genera plantarum, quantum potui, facilitavi, qui aditus ſaepe in Linnaeanis ſcriptis, ſubdiviſionibus peſſime neglectis, aut ſumma moleſtia, aut, diſtinctionibus incertis crebro obviis, vix obtineri poteſt. Errata, vel praeterviſa benevole corrigas vel ignoſcas, lector, naturam ipſam comparans, cui ſoli has paginas amice trado, et qui ſolus de vero earum pretio judices. Spero autem plura tibi quod arrideant, certa ſimul, et vera, et, attento animo, facilia; felix eſſem ſi mihi, ob naturam, quam ſedulo deſcripſi, faveres.

CLASSES

Digitized by Google

CLAVIS
SYSTEMATIS SEXVALIS LINNAEI.

A) Genitalia florum patentia et ſvetae ſtructurae

AA) Genitalia ſexus utriusque in uno eodemque flore (hermaphrodito ☿.) collecta

a) et ab invicem diſtincta omnia

α) maſculis ſubaequalibus, vel non ut in β. ſubordinatis

αα) ſtaminibus 1 - 10. 12. in ſingulo flore - - - - Cl. I. Monandria. Cl. X. Decandria. Cl. XI. Dodecandria.

αβ) ſtaminibus pluribus quam 12.

1) calyci adnatis - - - - - - Cl. XII. Icosandria.

2) receptaculo adnatis - - - - - Cl. XIII. Polyandria.

β) maſculis ſubordinatis, 2. minoribus

βα) flore tetrandro, ſtaminibus 4. - - - - Cl. XIV. Didynamia.

ββ) — hexandro, ſtaminibus 6. - - - - Cl. XV. Tetradynamia.

b) ſtaminibus connatis

α) cum ſe ipſis

αα) filamentis

1) in tubum vel ſimplex corpus - - - - Cl. XVI. Monadelphia.

2) in corpuſcula 2. - - - - - - Cl. XVII. Diadelphia.

3) in corpuſcula plura - - - - - - Cl. XVIII. Polyadelphia.

Digitized by Google

αβ) antheris - - - - - - - Cl. XIX. Syngeneſia.

β) cum piſtillis (ſtylo) - - - - - - Cl. XX. Gynandria.

AB) ſexus diverſi genitalia in flore diverſo

a) ſexu plane disjuncto, flore altero maſculo (♂), altero foemineo (♀)

α) ſexu tantum per flores disjuncto - - - - Cl. XXI. Monoecia.

β) ſexu etiam in diverſis plantis diverſo - - - - - Cl. XXII. Dioecia.

b) floribus illis, ſexu ſeparatis, etiam accedentibus hermaphroditis - - Cl. XXIII. Polygamia.

B) Genitalia occulta vel plane deformia, aut nulla - - - Cl. XXIV. Cryptogamia.

Ex his claſſibus Linnaeanis accuratiori examini ſubjectis, ratione ſcopi, per hoc ſyſtema artificiale attingendi, pauciores tantum retinendae erant, ad quam rationalem reformationem jam alii, imprimis meritiſſimus Thunberg, viam aperierunt. Rationes:

1) Claſſis XI. genera multa continet, ſtamina plura quam 12. numerantia, quo diſtinctio a Claſſe XII. XIII. annihilatur.

2) Claſſis XII et XIII. dividuntur charactere admodum relativo, in caſu non omni ſtricte determinando.

3) Claſſis XIV. et XV. ſolum ob familias naturales Verticillatarum, Perſonatarum et Siliquoſarum condebantur, Linnaeus eam ob cauſam omnes reliquas, ſaepe conſtantiſſimas, omiſit ſub-ordinationes, et characterem aſſumſit tantum duplicem, in nonnullis floribus ſatis aegre conſpicuum.

4) Malvacearum Familia anſam praebuit conſtituendae Claſſi XVI. Leguminoſarum autem Claſſi XVII.; adjuncta fuit Claſſis XVIII. Evenit vero exinde, ut Linnaeus claſſem XVII. depravaret floribus leguminoſarum, vere ad Cl. XVI. pertinentibus. Inſuper coalitio filamentorum, qua generalis character, reliquis anteponendus, ſumme lubricus manet, et a coalitione filamentorum ſpectabili per totam longitudinem usque ad exiguam juxta baſin confluentiam gradualiter procedit: monendum immo, Linnaeum coalitiones in reliquis ſuis claſſibus reticuiſſe, et ſaepe filamenta in urceolum et tubum connata, pro nectario antheras affigente pronunciaſſe.

5) Simile quid accidit coalitioni antherarum, etiam in aliis claſſibus obviae; ſyngeneſiae compoſitae, naturalem gregem conſtituentes, hanc claſſem Linnaeo commendarunt, ſunt autem verae pentandrae, vel tetrandrae ſingulares. Naturalis diſtributio, infelici modo cum naturali ſociata fuit.

6) Claſſis XX. nulli mortalium vere diſtincta unquam fuiſſe poteſt. Orchides ſingulares primo Linnaeum perſuaſerunt, ut eas ſepararet, et charactere ſexuali proprio inſigniret. Oculus, praejudiciis adhuc non praecluſus, in illis inveniet flores ſuperos, omnino peculiares, ſed non gynandros, et ſi inveniret, vel inveniſſe perſuaſus eſſet, flores plures ſuperos claſſi gynandrarum adduceret. Vbi huc certitudo, levitas, harmonia, disquiſitionis?

1) Claſ-

Digitized by Google

7) Claſſis XXI - XXIII. proſpectum disjunctionis ſexualis quidem bene deſignant, ſed longe abeſt, ut ſcopum analyſeos florum, levi negotio et certe genus inveniendi, appropinquarent. Non ex flore praeſente, ſed ex comparatione plurium florum ejusdem ſpeciei, forſan in ramo excelſo, vel in remota planta et regione naſcentium, certa de genere concluſio demum valet. Et vix hoc, nam de Claſſe XXI. XXII. certiores facti, dubii haeremus, annon forſan ullibi deliteſcat flos hermaphroditus, polygamiam nunc deſignans?

Haec in generaliori. Plura in ſpecie emendanda erant, et ſuperſunt. Tamen, iterum dico, aeternus immortali Linnaeo manet honos ob herculeos ſimul ac ſumme doctos et ingenioſos labores, quibus et hoc ſyſtema accedit. Tantae molis non unus homo, non unum ſeculum par eſt.

Digitized by Google

CONSPECTVS

CLASSIVM SYSTEMATIS SEXVALIS ANALYTICI CORRECTI.

Vegetabilia

A) Genitalibus ſuetis diſtinctis, antheris folliculàribus, ſtigmatibusque inſtructis.

AA)	ſtamine ſolitario	Cl. I. Monandria.
AB)	ſtaminibus 2.	Cl. II. Diandria.
AC)	— — 3.	Cl. III. Triandria.
AD)	— — 4.	Cl. IV. Tetrandria.
AE)	— — 5.	Cl. V. Pentandria.
AF)	— — 6.	Cl. VI. Hexandria.
AG)	— — 7.	Cl. VII. Heptandria.
AH)	— — 8.	Cl. VIII. Octandria.
AI)	— — 9.	Cl. IX. Enneandria.
AK)	— — 10.	Cl. X. Decandria.
AL)	— — ultra 10. pluribus	Cl. XI. Polyandria.

Sub ſingula claſſe flores mere maſculi hermaphroditis appoſiti ſunt; foeminei in appendice altero, ſic ut ſyngeneſiae, quae ſingulares pentandrae ſunt, diſtribuuntur in altero ad analyſin inſtituendam.

B) Genitalibus inconſpicuis, vel demerſis, vel plane ſingularibus, negative a prioribus diſtinctis — Cl. XII. Cryptogamia.

Classis

Digitized by Google

CLASSIS I.

MONANDRIA.

* * *

MONOGYNIA.

A) Floribus corollinis

AA) calyce proprio ſ. perianthio praeſente; calyce 5 - partito vel 3 - phyllo; corolla ſupera, corollae limbo duplici, exteriore 3 - partito; calyce ſimplici, ſupero; corollae limbo exteriore 3 - phyllo, interiore 2 - phyllo; ſtaminibus petaloideis, altero fertili antheram linearem infra apicem marginaliter affigente; altero ſterili, priori oppoſito, recurvato, tertium limbi interni petalum mentiente; ſtylo petaloideo ab utrisque filamentis incluſo - - - - - 1. CANNA. (*)

AB) perianthio proprio obſoleto, vel plane nullo, ſquamis ſpathaceis, vel amentaceis ſolis, interdum accedentibus, ut priori

a) corolla 2 - petala; petalo ſuperiore truncato, 5 - dentato, inferiore naviculari, cordato, acuminato; filamentis ſubulatis quinque vel ſex, quatuor vel quinque erectis ſterilibus, uno infero reclinato fertili, anthera lineari pollinifera; germine infero, ſtylo cylindraceo, ſtigmate capitato; bacca ternarie angulata, 1 - loculari, cava, ſeminibus ſub - globoſis vel abortivis - - - - 2. MUSA. ☿♀ (*)

b) corolla 1 - petala, ſimplici, 5 - partita, fructu 1 - ſpermo; ſtamine corollae adnato; germine infero; calyce ſolum fructum coronante, et e margine exiguo tunc in pappum plumoſum evoluto - - - - (*Valeriana rubra, Calcitrapa.*)

B) Floribus incompletis, petalo nullo,

BA) calyce ſ. perianthio diſtincto

a) infero

aa) 4 - fido, ſtamine ori calycis inſerto; ſtylo ad baſin germinis; calyce maturo clauſo, fructum ſeminiformem includente - - (APHANES.)

ab) 6 phyllo, ſtigmate 3 - plici, ſeſſili, plumoſo - - (TRIGLOCHIN.)

b) ſupero, 4 - phyllo, foliolis clavatis, ſtylo ſtigmate obtuſo - - (CYNOMORIUM.)

BB) calyce glumaceo, gluma ſimplici, ſtigmate duplici; fructu ſeminiformi intra ſquamam - - - - - - - (*Scirpi, Cyperi.*)

Digitized by Google

BC) calyce obſoleto vel nullo

a) germine ſupero, ſtigmate 2-fido, ſtylo ſimplici; calyce 4-gono, truncato, ventricoſo, maturitate inflato, fructum ſeminiformem recondente - (SALICORNIA.)

b) germine infero, ſtigmate ſimplici; calyce obſoleto, marginato, e quo margine hoc latere ſtylus, altero latere ſtamen; fructu clauſo ſeminiformi - 3. HIPPURIS.

DIGYNIA.

A) Calyce 2-phyllo, foliolis oppoſitis, incurvis, acuminatis, anthera ſimplici; germine ſupero; fructu compreſſo

AA) foliolis calycis compreſſis, ſtamine brevi; germine fructuque ſeminiformi compreſſis, hoc altero latere gibbo - - - - 4. CORISPERMUM.

AB) foliolis calycis canaliculatis; ſtamine elongato; germine ſubrotundo; capſula ſimili, angulari, compreſſa, 2-loculari, 2-ſperma - - 5. CALLITRICHE.

B) Calyce 3-partito: anthera didyma; germine ſupero: fructu ſeminiformi, compreſſo, intra calycem demum baccatum - - - - 6. BLITUM.

C) Calyce duplici glumaceo; utroque bivalvi compreſſo; exterioris valvula altera acuminata, interioris valvula externa ſub apice ſub-ariſtata; nectario diphyllo, genitalia includente; ſtylis 2, plumoſis; fructu ſeminiformi, cylindrico - - - 7. CINNA.

AGYNIA.

A) Floribus calycinis

AA) anthera ſimpliciore, ſ. geminata

a) calyce 1-phyllo, tubuloſo, ore integro, obliquo; filamento elongato, anthera ſagittata - - - - - - (ZANNICHELLIA.)

b) calyce 2-phyllo; foliolis acuminatis, filamento elongato, floribus ſolitariis - (Callitriche verna.)

B) Floribus apetalis

BA) ſtamine ſolitario (vel 3-no.)

a) filamento elongato, anthera ſagittata, a flore foemineo remoto - 8. ZANNICHELLIA.

b) anthera rotata, glandulari, ſubaquatica, baſi floris foeminei appoſita - 9. CHARA.

BB) ſtaminibus congeſtis in ſpadice ſimplici, ſpatha involuto

a) ſtaminibus ſpadicem ambientibus

aa) ſuperne maſculum, inferne, ſpatio intercedente cirroſo, foemineum; antheris ſeſſilibus 4-gonis; ſpatha convoluta - - - 10. ARUM.

ab) obtectum ſtaminibus et piſtillis continuis, immo mixtis; antheris ſeſſilibus, compreſſis, apice 2-foris; ſpatha baſi convoluta, ſuperne maxima parte patente - - - - - - - 11. CALLA.

b) ſtaminibus in altera pagina ſpadicis compreſſi, et quidem altius affixis, quam fructificatio foeminea in averſa parte; ſpadice libero intra vaginam folii graminei, fila-

Digitized by Google

filamentis alternis, anthera in ſingulo ovali - oblonga, nutante, obtuſa, ſurſum retro - ſubulata, incurva - - - - - - 12. Zostera.

Classis II.

DIANDRIA.

* * *

MONOGYNIA.

A) Flores inferi

AA) Monopetali, regulares

a) corolla 4 - fida, calyce 4 - fido

aa) tubo corollae filiformi, longiſſimo - - - -

ab) tubo corollae validiore, vel nullo

α) 1 - ſpermae, fructu drupaceo, corticato; laciniis corollae mediocribus, ſimplicibus; corolla infundibuliformi, brevi; fructu ſucceſo; limbo corollae plano; ſtigmate 2 - fido, laciniis emarginatis; fructu drupaceo, nuce oblonga - - - - - - 13. Olea.

β) 2 - ſperma; tubo corollae elongato, valido; ſtigmate 2 - fido; fructu capſulari, compreſſo, 2 - loculari, valvulis diſſepimento contrariis, ſeminibus marginatis - - - - - 14. Syringa. (*)

γ) 4 - ſperma; tubo corollae brevi, limbo patente; ſtigmate 2 - fido; fructu baccato, obſolete 2 - loculari - - - - 15. Ligustrum.

b) corolla 5 - fida, calyce 5 - fido tubo validiore, vel abbreviato

ba) germine polyſpermo; corolla ſubcampanulata; calyce perſiſtente; ſtylo declinato, ſtigmate globoſo; capſula 2 - valvi, ſub - 1 - loculari, receptaculo ſubcentrali - - - - - - - (*Limoſella.*)

bc) germine 2 - ſpermo; fructu baccato, 2 - loculari, ſeminibus arillatis, vel capſulari; corolla hypocrateriformi, limbo 5 - 8 - 9 - fido; calyce tubuloſo, 5 - dentato - - - - - - - 16. Jasminum. (*)

AB) Monopetali, irregulares, germine ſimplici

a) Corolla ſolum irregulari

aa) ſtaminibus tantum 2. fertilibus, corolla 4 - fida, lacinia ſuprema majore, capſula polyſperma

Digitized by Google

α) calyce 4 - fido; lacinia corollae rotatae vel tubuloſae infima majore, oppoſita minima, omnibus ſub - acuminatis; filamentis elongatis, capſula 2-loculari - - - - - - - 17. Veronica.

β) calyce 5 - fido, lobo ſupero corollae ſaepe emarginato; capſula 2 - loculari; filamentis elongatis - - - - 18. Paederota.

ab) ſtaminibus inſuper 3. ſterilibus inferioribus, corolla ventricoſa; capſula 2-loculari, 2 - valvi, polyſperma, calyce 2 - fido, corolla 4 - loba, irregulari, campanulata; ſtigmate 2 -lamellato; ſeminibus baſi apiceque membranaceis, capſula tereti, ſiliquaeformi, diſſepimentis contrariis - - 19 Catalpa. (*)

b) corolla 2 - labiata

ba) poſtrorſum calcarata, germine 1 - loculari, ſtylo ſtaminibusque abbreviatis

α) calyce 2 - phyllo, foliolis ſimplicibus; labiis corollae integris; ſtigmate conico - - - - - - - 20. Utricularia.

β) calyce cum corolla 2 - labiato, utriusque labio ſuperiore 3 - fido, inferiore 2 - fido, hoc in corolla breviore; ſtigmate 2 - labiato - 21. Pinguicula.

bb) nec calcarata, nec inflata; filamentis elongatis, calyce 5 - partito;

α) labio ſuperiore corollae emarginato, inferiore 3 - fido; ſtylo filiformi, ſtigmate obtuſo; capſula 2 - loculari, 2- valvi, diſſepimentis contrariis, unguibus elaſticis diſſiliente, e margine adverſo diſſepimentorum orientibus; folliculis ſingulae antherae invicem approximatis - - - - 22. Justicia. (*)

β) labio ſuperiore integro, inferiore 3 - fido, laciniis calycis linearibus erectis; ſtigmate capitato; labio corollae inferiore ad faucem barbato; capſula 2-loculari, 4 valvi, polyſperma - - - - - 23. Wulfenia.

AC) Monopetali, irregulares, germine partito (plerumque quaternarie) lobis 1 - ſpermis; ſtaminibus ſaepe inſuper ſterilibus

a) ſtigmate acuto, 2 - fido, germine 4 - partito, glandulae inſiſtente

aa) corolla ſolum irregulari, ſubaequali, 4 - fida, lacinia ſuperiore latiore emarginata, inferiore minore - - - - - 24. Lycopus.

ab) corolla ringente, labio inferiore 3 - fido

α) calyce cylindrico, 5 - dentato, ſtriato, fauce ſaepe villis clauſo; pari altero ſtaminum caſtrato interdum praeſente; galea corollae lineari, genitalia involvente, lacinia labii inferioris media longiore, anguſtiore, emarginata, reliquis obtuſis - - - - - - - 25. Monarda. (*)

β) calyce 2 - labiato, labio inferiore 2 - partito; corolla falcato - galeata; calyce compreſſo,

βα) filamento ſingulo brevi, bacillum transverſum affigente, ſupero termino fertilem loculo pollinifero, altero ſterili loculo depauperato, vel in glandulam mutato; ſtaminum 2. ſuperiorum rudimentis, ſingulo forma exigui pedicelli capitati, juxta filamenta fertilia locatis - - 26. Salvia.

ββ) filamento ſingulo elongato, inferne dentem, apice folliculum fertilem gerente, rudimentis alterius paris ut in priore - - 27. Rosmarinus.

AΓ) 4 - petali

a) petalo ſupremo poſtrorſum calcarato - - - - (*Fumaria capnoides?*)

b) peta-

b) petalis aequalioribus

ba) calyce 4 - partito; petalis linearibus, erectis; germine compreſſo, ſtigmate emarginato vel 2 - fido; petalis, filamentis, et antheris liberis; germine marginibus acuto, ſtylo cylindrico; capſula 2 - loculari, 2 - ſperma, clauſa, ſeminiformi, verſus apicem foliacea, ſemine altero plerumque abortiente 1-ſperma - - - - - - - 28. FRAXINUS. ☿

bb) calyce 4 - phyllo; petalis baſi anguſtioribus; ſtaminibus ſolum 2, germine cordato - - - - - - - - (*Lepidium Iberis.*)

AE) incompleti

a) calyce polyphyllo

aa) ſtylo 2 - partito; fructu 1 - ſpermo, ſeminiformi - - - (POLYCNEMUM.)

ab) ſtylo ſimplici; fructu polyſpermo ſiliculoſo - - - (*Lepidium ruderale*)

b) calyce 1 - phyllo

bb) integro, latere aperto, hinc oblique dilatato; antheris didymis; germine ovato; capſula globoſa, acuminata, 1 - loculari, polyſperma, in flore hermaphrodito fertili vel abortiente - - - - - 29. LEMNA. ☿ ☿ ♂.

bc) obſoleto, truncato, 4 gono, ventricoſo, perſiſtente, vel cochleariformi; antheris didymis; fructu ſeminiformi; ſtigmate 2 - fido - - 30. SALICORNIA.)

bd) amentaceo: antheris 4 - ſulcatis; glandula ad baſin floris mellifera; germine ſtigmate 2 - fido, ſubſeſſili - - - - - - (*Salix hermaphrodita.*)

AF) apetali; filamentis elongatis, antheris 4 - ſulcatis; germine compreſſo acuto, ſtylo cylindraceo, ſtigmate craſſo 2 - fido; capſula ſeminiformi clauſa, apice foliacea - (FRAXINUS.)

AG) glumacei - - - - - - - - (SCHOENUS.)

B) Flores ſuperi

BA) dipetalus, petalis obcordatis; calyce 1 - phyllo, 2 - partito, reflexo; ſtylo et filamentis elongatis, ſtigmate obtuſo; capſula hiſpida, 2 - loculari, 2 - valvi, 2-ſperma, interne prius dehiſcente - - - - - - 31. CIRCAEA.

BB) pentapetalus, petalis 4. cruciatim divergentibus, infero apice 2 - fido, 5° inflato ſacciformi inter priores - - - - - - - 32. *Cypripedium.*

BC) hexapetali; capſula plerisque (Vanilla excepta) 1 - loculari, trigona, angulis dehiſcente 3 - valvi; ſeminibus medio valvarum longitudinaliter adhaerentibus, arillo involutis; ſtylo ſtamina affigente (*Orchideae.*), petalis 5. verſus alterum latus floris (ſurſum) expanſis, aut conniventibus, labio oppoſito diſtincto

a) labio poſtrorſum in calcar producto - - - - - 33. ORCHIS.

b) labio ſuperne concavo, ſeſſili, globato - - - - - 34. SERAPIAS.

c) labio ſuperne convexo, vel planiore - - - - - (*Salvia*) 35. OPHRYS.

D I G Y N I A.

A) Corollinis floribus 1 - petalis

AA) corolla calyceque ringente, galea falcata; germine 4 - lobo, 4 - ſpermo -

B) Valvulis calycis interni, ſ. corollae gramineae ariſtatis; antheris 2 - fidis

BA) valvula utraque ariſtata e dorſo inferiore, ariſta altera geniculata; ſtigmate utroque ſimplici - - - - - - - 36. ANTHOXANTHUM

BB) valvula altera tantum, a diviſura glumae ariſtata; ſtigmate utroque plumoſo - (Holcus.)

AGYNIA.

A) Floribus calycinis, ſtaminibus baſi diſtinctis

b) calyce 2 - phyllo; filamentis elongatis, antheris ſimplicibus - - (CALLITRICHE.)

c) calyce 1 - phyllo, hinc dilatato, filamentis ſubulatis, antheris didymis, floribus in planta placentiformi - - - - - - (LEMNA.)

B) Floribus amentaceis

BA) filamento praeſente, duplici, vel connato ſimplici; antheris 2 - locularibus

a) glandula nectarifera ad baſin filamentorum, plerumque disjunctorum - 37. SALIX.

b) glandula nulla ad baſin filamenti coaliti - - - 38. GNETUM.

c) glandula nulla ad baſin filamentorum diſtinctorum - - - (Carex diandra.)

BB) antheris 1 - locularibus, ſquamae adnatis - - - 39. PINUS.

BC) ſquama ſingula triflora, floſculo ſingulo calycino - - (BETULA.)

C) Floribus apetalis, racemoſe connexis - - - - (FRAXINUS.)

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

* * *

MONOGYNIA.

A) Flores ſuperi

AA) Corolla 3 - fida; calyce nullo; antheris parvis; germine fertili, ſtylo ſemi - 2-fido, ſtigmatibus capitatis; vel ſterili parvo, utriſque depauperatis; fructu prioris ſeminiformi, 1 - ſpermo - - - - - - (VALANTIA.)

AB) corolla 5 - partita; filamentis filiformibus, corolla tubuloſa

a) calyce nullo, niſi floris margine ſupero, maturitate fructus ſeminiformis 1 - ſpermi, pappoſe evoluto, cum coronante - - - 40. VALERIANA.

b) ca-

Digitized by Google

b) calyce 5. - 6 - 12 - partito, coronante fructum ſeminiformem clauſum, 3 - locularem, 1 - ſperumm, loculis 2. abortivis, 3^{io} ſolum fertili - - 41. Fedia.

AC) corolla 6 - petala vel 6 - partita; fructu 3 - loculari 3 - valvi; antheris ſutura pollinifera a ſtigmate averſis

a) flore irregulari; corolla baſi 1 - petala, ringente; filamentis elongatis; ſtylo filiformi, ſtigmate 3 - fido; laciniis corollae ſubaequalibus, inferis anguſtioribus; ſtigmatis laciniis ob - ovatis, membranaceis, obtuſis - - 42. Gladiolus.

b) Flore regulari;

ba) ſtigmate 3 - plici, lacinia ſingula foliacea, petaloidea; apice 2 - fida, ibi ſubtus transverſe labiata, ſtamini ſingulo oppoſita; petalis ſ. corollae laciniis externis ſaepe intus barbatis, ſtaminibus oppoſitis

α) petalis 3. interioribus erectis, 3. exterioribus reflexis; filamentis ſubulatis elongatis - - - - - - 43. Iris.

β) petalis patentibus; filamentis brevibus? - - - 44. Moraea. (*)

bb) ſtigmate non foliaceo

α) corolla patente; filamentis coalitis in tubum; ſtylo intra tubum aſcendente, ſtigmate 3 - plici, laciniis ſtigmatis 3. integris, acutis; corollae ſubaequalis planis - - - - - 45. Siſyrinchium. (*)

β) corolla tubuloſa

ββ) filamentis tubo corollae adnatis

1) petalis 6. ipſis externe tubo corollae infra marginem ejus affixis; ſtaminibus intra tubum - - - - (*Narciſſus triandrus.*)

2) tubo ipſo diviſo; ſtigmate 3. - plici, ſtigmatis lacinia ſingula verſus apicem lateſcente, ibi aperta, et introrſum ab utroque latere clauſa; corollae tubo longiſſimo; germine ſub ejus baſi radicali - 46. Crocus.

B) Flores inferi

BA) corolla 2 - petala: ſtaminibus antheris 3. fertilibus, 3. ſterilibus glandularibus, filamentis filiformibus 6; calycis foliolis 3, 4° accedente loco petali 3^{ii}, hinc depauperati, perſiſtentibus - - - - - - 47. Commelina. (*)

BB) corolla 3 - petala vel partita; ſtylo praeſente; ſtaminibus ſubulatis, antheris parvis; ſtylo ſtaminibus aequali, ſtigmate 3 - lobo; fructu 3 - loculari, 3 - ſpermo; petalis lanceolato - linearibus; calyce 3 - dentato; bacca ſicca, triloba - 48. Cneorum.

BC) floribus incompletis, calycinis

a) calyce 1 - phyllo, 6 - partito; filamentis nullis, antheris baſi coalitis; ſtylo cylindraceo, ſtigmate obtuſo; bacca 3 - loculari, 6 - ſperma, plus minus abortiva - (Ruscus racemoſus.)

b) calyce 2 - phyllo, foliolis compreſſis, acuminatis; germine compreſſo - (Corispermum.)

c) calyce 5 - phyllo, perſiſtente, foliolis mucronatis; ſtylo 2. partito; antheris didymis; ſtylo perſiſtente; capſula clauſa, 1 - ſperma - - - 49. Polycnemum.

BD) floribus glumaceis

a) corolla glumacea interiore nulla, ſolum gluma univalvi praeſente; ſtigmate 3-plici; filamentis capillaribus, antheris oblongis; fructu ſeminiformi

aa) ſpica ſquamis ſ. glumis diſtiche compoſita; fructu 3 - quetro - 50. Cyperus.

ab) ſpica ſquamis imbricata, fructu plus minus villoſo

α) fructu ſubrotundo; floribus ſpicae omnibus hermaphroditis - 51. SCHOENVS.
β) fructu 3 - quetro
βα) nudiore, vel villis calyce brevioribus aucto - - 52. SCIRPVS.
ββ) villis ſpica longioribus comoſo - - - 53. ERIOPHORVM.
b) corolla glumacea 6 - phylla fructu polyſpermo 3 - nario
α) ſtylo ſimplici, ſtigmate 3 - fido; filamentis capillaribus; capſula 3 - valvi - (Iunci 3. andri)
β) ſtylo nullo, ſtigmate 3 - 6 plici; filamentis breviſſimis; capſula inferne baſi dehiſcente - - - - - (TRIGLOCHIN.)
c) corolla glumacea 2 - valvi, formae ſvetae gramineae
ca) gluma corollam involvente 1 - valvi, ſpathaeformi, 2 - flora, floribus germini ſimplici, e duobus coalito, impoſitis, ſuperis; fructu clauſo, nuciformi, 2 - loculari, 2 - ſpermo; ſtigmate ſinguli floris ſimplici - - 54. LYGEVM.
cb) gluma 2 - valvi, filamentis capillaribus; ſtylo ſimplici, ſtigmate plerisque (excepto Nardo) ſemper 2 - fido, villoſo vel capillari; fructu ſeminiformi; extra glumam accedente ſimplici ſquama, laciniata, echinata, plures glumas continente; gluma 2 - flora; altero flore etiam hermaphrodito, vel neutro; fructu ſub - rotundo - - - - 56. CENCHRVS.
cc) gluma extra corollam nulla; valvis corollae inaequalibus, mucronatis; nectario nullo; ſtigmate ſimplici - - - - 56. NARDVS.

D I G Y N I A.

A) Floribus glumaceis, gluma calycina 1 - flora
AA) gluma calycina 2 - valvi,
a) corolla 1 - valvi,
aa) involucro 1 - phyllo, plures flores colligente, infundibuliformi, ore crenato - - - - - - - 57. CORNVCOPIAE. (*)
ab) involucro tali accedente extra flores nullo - - - 58. ALOPECVRVS.
b) corolla 2 - (raro 3 -) valvi
ba) erga glumas calycis majore, valvis inaequalibus; nectario 2 - phyllo; ſtylis villoſis, ſtigmatibus hiſpidis - - - - 59. AGROSTIS.
bb) erga glumas calycis minore, vel aequali
α) floribus baſi valvularum lanuginoſis; nectario 2 - phyllo, lanugine
αα) in gluma calycina; ſtylis pennatis, ſtigmatibus plumoſis - 60. SACCHARVM.
αβ) in gluma corollina, ſtylis villoſis, ſtigmatibus ſimplicibus - 61. ARVNDO.
β) florum valvulis corollinis ariſtatis
βα) ariſta valvulae alterius corollae ſimplici, calycis nulla; nectario 2-phyllo
1) ariſta recta; valvulae exterioris, ex ejus apice oriente; ſtylis baſi unitis, hirſutis, ſtigmatibus pubeſcentibus - - 62. STIPA.

2) ari-

Digitized by Google

2) ariſta geniculata; valvula calycis exteriore baſi lanuginoſa, corollae apice 2 - fida, ex inciſura ariſtata - - - - 63. ANDROPOGON. ☿

ββ) ariſta valvulae externae 3 - plici; nectario 2 - phyllo; valvulis glumarum linearibus; valvulis calycinis 1 - ariſtatis; ſtylis villoſis; ſtigmatibus ſimplicibus; fructu oblongo - - - 64. LAGURUS.

γ) non priorum; floribus nec ariſtis, nec lanugine diſtinctis, fructu plerisque ſubrotundo

γα) valvis calycinis rotundatis utrisque; altera extera planiore; valvulis corollae cartilagineis; ſtylis capillaribus, ſtigmatibus penicilliformibus coloratis - - - - - - 65. PASPALUM.

γβ) valvis calycinis ovatis vel oblongis

1) compreſſis, carinatis, apice carinae mucronatis; flore a duobus mucronibus 2 - corni, compreſſo; nectario 2 - phyllo; ſtylis capillaribus, ſtigmatibus plumoſis - - - - 66. PHLEUM.

2) concavis; ſtylis capillaribus, ſtigmatibus plumoſis; valvis calycinis ovatis, acuminatis, ſubaequalibus; corollae valvulis ovatis; nectario 2 - phyllo - - - - 67. MILIUM.

AB) Gluma calycina 4 - valvi; valvis 2. exterioribus magnis, compreſſis, internis parvis, acutis, illis florem compreſſum claudentibus, his adjacentibus ad baſin corollae, 2 - valvis, inaequalis; nectario 2 - phyllo; ſtylis capillaribus, baſi connatis, ſtigmatibus villoſis; fructu ovato - oblongo - - - - 68. PHALARIS.

B) Floribus glumaceis, gluma calycina 2 - flora, 2 valvi

BA) flore altero ejusdem calycis hermaphrodito, altero maſculo vel neutro; nectario 2 - phyllo valvula corollina floris utriusque duplici; ſtylis capillaribus, ſtigmatibus plumoſis; valvulis calycinis, et maſculi, vel neutrius aſexualis, corollinis nervoſis, floris hermaphroditi corollinis cartilagineis; flore maſcula interdum plane aſexuali, neutro; nectario tunc nullo; fructu ſubrotundo - - 69. PANICUM.

BB) flore utroque hermaphrodito, neutro interdum accedente

a) nectario 2 - phyllo

aa) valvula corollae exteriore ariſtata, duriore quam gluma calycina; ſtylis reflexis villoſis,

α) valvula extera corollae carinata, carina ciliata abeunte in ariſtam rectam; fructu hinc ſulcato - - - - - 70. SECALE.

β) valvula externa corollae ventricoſa, ariſta ejus intorta geniculata; fructu ſubcylindraceo - - - - - (AVENA.)

ab) valvulis corollae calycinis ſimilibus, acuminatis; ſtylis ſetaceis, ſtigmatibus pubeſcentibus; fructu ſub - ovato - - - - 71. AIRA.

b) nectario 3 - phyllo, inaequali; valvula externa calycis et corollae plerumque, illa 3 - dentata, hac ſaepe ariſtata; floribus duplici modo diverſis, calyce velſeſſili, flore fertili, ſtigmatibus plumoſis; vel ſterili pedunculato, ſtylis non ſtigmate ornatis 72. HOLCUS.

c) nectario 1 - phyllo; floſculo neutro ſemper inter hermaphroditos accedente pedicellato, vere duplici, aſexuali, truncato; filamentis baſi incraſſata connatis; ſtylis ſetaceis, ſtigmatibus plumoſis; fructu ovato, hinc ſulcato - 73. MELICA.

Digitized by Google

C) Floribus glumaceis, calyce multifloro
CA) 2 - valvi
a) corollis muticis
aa) involucro calyce ſingulo appoſito, plerumque pectinato; fructu oblongo ſe-miniformi, arcte ſemen claudente - - - - - 74. CYNOSVRVS.
ab) involucro nullo
α) floribus vagis; valvulis corollae lanatis - - - - (ARVNDO.)
β) floribus congeſtis in ſpicam diſticham
βα) cordatam; valvulis corollarum cordatis, ventricoſis exteris, interioribus, vel ſuperis, planis parvis; ſtylis capillaribus, ſtigmate ſingulo plumoſo; fructu ſubrotundo - - - - 75. BRIZA.
ββ) ovatam; valvulis corollarum ovatis, margine ſcarioſis, utrisque compreſſis; ſtylis ſtigmatibusque villoſis; fructu oblongo - - 76. POA.
b) corollis ariſtatis
ba) glumis 3 - floris in ſpicam culmi ſolitariam, denſam, elongatam congeſtis, acutis vel ariſtatis; ſtylis reflexis, ſtigmate ſingulo plumoſo; flore tertio intermedio ſaepe maſculo, vel hermaphrodito abortiente; valvis glumarum obtuſiuſculis praeter acumen
α) valvula corollae exteriore ſimplici acumine vel ariſta - - 77. TRITICVM.
β) ariſta valvulae corollinae externae duplici, triplicique; piſtillo floris intermedii ſaepe abortiente - - - - - - 78. AEGILOPS.
bb) floribus paniculatis
α) valvula exteriore ſolum mucronata corollina? nectario 2 - phyllo, foliis lanceolatis
αα) valvulis calycis dorſo teretibus; ſtylis recurvis, ſtigmate ſingulo ſimplici; nectario interdum 1 - phyllo - - - 79. FESTVCA.
αβ) valvulis calycis compreſſis carinatis; ſtylis patentibus, ſtigmatibus plumoſis - - - - - - - 80. DACTYLIS.
β) valvula exteriore ariſtata; ſtylis reflexis, villoſis, ſtigmate ſingulo ſimplici; nectario 2 - phyllo, foliolis ovatis
βα) ariſta recta, ſub apice oriente - - - - 81. BROMVS.
ββ) ariſta geniculo reflexa, ſpiraliter intorta, e dorſo valvae corollinae proveniente - - - - - 82. AVENA.
CB) 1 valvi, corollis 2 - valvibus, calyce illo ad baſin ſpiculae ſingulae, ſpicam cum ſociis componentis; omnibus floſculis hermaphroditis; ſtylis reflexis, ſtigmatibus plumoſis - - - - - - - 83. LOLIVM.
D) Floribus glumaceis, calyce extra corollam 2 - valvem nullo; involucro laterali multi-floro, plerumque ſetaceo, praeſente, pluribus in ſpica elongata congeſtis; corollae ſingulae valvula exteriore ariſtata; ſtylis reflexis;
DA) involucro 4 - phyllo, pari ſingulo foliolorum ſpiculae totius ſpicae ſubjecto, ſpiculis hoc modo geminatis - - - - - - 84. ELYMVS.
DB) involucro 6 - phyllo, pari ſingulo foliolorum flori ſimplici ſubjecto; floribus intra involucrum ſingulum 3 - natis, varie fertilibus - - - 85. HORDEVM.
E) Flore calycino, germine ſupero 1 - ſpermo, ſtigmate 2 - partito, vel duplici, villoſo,
EA) ca-

Digitized by Google

EA) calyce 1 - phyllo - - - - - - (VLMVS *tetrandra*)
EB) calyce 3 - phyllo - - - - - - (KOENI-OIA.)

TRIGYNIA.

A) Flore corollino, corolla
AA) 1 - petala, 5 - partita, laciniis 3. minoribus ſtaminiferis; filamentis capillaribus; ſtylis villoſis; calyce 2 - phyllo; capſula 1 - loculari, 3 - valvi, 3 - ſperma - 86. MONTIA.
AB) 5 - petala, germine ſimplici, petalis emarginatis; calyce 5 - phyllo perſiſtente; filamentis filiformibus; ſtigmatibus obtuſis; capſula 1 - loculari
aa) petalis caducis; capſula 1 - valvi, apice 6 - dentata - - 87. HOLOSTEVM.
ab) petalis perſiſtentibus; capſula 3 - valvi - - - 88. POLYCARPON.
B) Floribus incompletis
BA) calyce ternarie diviſo, ſtaminibus a piſtillis ſeparatis; ſtylis nullis; filamentis elongatis; calyce infero, 3 - phyllo; filamentis capillaribus, antheris ſubrotundis; ſtigmatibus villoſis; fructu ſeminiformi, ovato - - - 89. KOENIGIA.
BB) calyce 5 - phyllo; ſtylis 3; capſula 3 - valvi; filamentis capillaribus, antheris ſubrotundis
a) fructu 1 - loculari, 1 - ſpermo - - - - 90. QVERIA.
b) fructu polyſpermo, 1 - loculari - - - - 91. MINVARTIA.

POLYGYNIA.

Calyce 3 - partito, corolla 3 - petala; germine depreſſo, ſtigmatibus 9. reflexo - patentibus; bacca depreſſa, 1 - loculari, 9 - ſperma - - - - (EMPETRVM.) ☿

AGYNIA.

A) Floribus corollinis
AA) 1 - petalis
a) filamentis 3. validis, ſuperne 5. folliculos antherinos ſerpentino ductu curvatos, varie connatos, ſuſtinentibus, corolla calyceque 5 - partitis (CVCVMIS, CVCVRBITA, BRYONIA, SYCIOS, MOMORDICA, v. Pentandr.)
b) filamentis filiformibus, antheris ſvetae figurae; corolla tubuloſa, 5 - fida; calyce obſoleto, ſolum margine, vix ullo - - - - (*Valeriana dioica.*)
AB) 3 - petalis; calyce 3 - partito; filamentis capillaribus, longiſſimis; ſpatha nulla; antheris brevibus 2 - partitis - - - - - 92. EMPETRVM.
B) floribus incompletis
BA) calycinis
a) Floribus maſculis ſolis, 3 - 5 - fidis, vel cum foemineis intra receptaculi turbinati

Digitized by Google

ti carnoſi ſuperficiem internam aggregatis: antheris didymis, filamentis ſetaceis et rudimento piſtilli contorto in ſingulo flore maſculo - - - 93. Ficus.

b) receptaculo carnoſo univerſali nullo

ba) calyce 3 - phyllo, vel partito

α) calyce 3 - phyllo; filamentis capillaribus, antheris oblongis; calycis foliolis

αα) ſetaceis vel linearibus, floribus denſe ſuper receptaculum commune congeſtis

A) receptaculo cylindrico, ſ. ſpadice - - - 94. Typha.

B) receptaculo globato - - - - - - 95. Sparganium.

αβ) latiuſculis, acutis, coloratis, floribus ſeſſilibus, ſed magis diſtinctis - (Amaranthus.)

β) calyce 3 - partito; antheris ſubrotundis; calycis laciniis

βα) obtuſis; filamentis capillaribus; calyce patente - - 96. Axyris.

ββ) acutis, calyce turbinato, margine accedente 3. plici nectarifero; filamentis breviſſimis - - - - - 97. Ostryris.

bb) calyce 6 - phyllo vel partito, filamentis coalitis in cyathum ventricoſum, antheris in eius ore adnatis, baſibusque ipſis connatis - - 98. Ruscus.

BB) glumaceis vel amentaceis

a) calyce et corolla glumacea, calyce, corolla 2 - valvi

aa) flore extra maſculum alio intra glumam calycis acceſſorio aſexuali, corollis calyceque muticis, foliolis nectarii 2 - phylli 3 - angularibus; filamentis in flore aſexuali tenerrimis, non antheriferis; calyce 2 - floro; floribus maſculis in ſpica elevata ſuper florem foemineum - - - 99. Coix. (*)

ab) floribus intra calycem ſolis maſculis

α) calyce 2 - floro, corollis muticis, valvula exteriore ventricoſa, interiore 2 - dentata; foliolis nectarii ſuperne latioribus, truncatis - 100. Zea. (*)

β) calyce 1 - floro, valvulis calycis obtuſis, inaequalibus; floribus maſculis pedunculo juxta hermaphroditos ſeſſiles elevatis - - - (Andropogon.)

b) ſquama amentacea ſimplici

ba) filamentis diſtinctis 3.

α) glandula mellifera ad baſin filamentorum; antheris oblongis, quadriſulcatis (*Salix triandra.*)

β) glandula mellifera nulla; antheris linearibus; ſpica non involucrata, ſolum maſcula, vel floribus foemineis mixta - - - 101. Carex.

γ) glandula nulla; antheris didymis; floſculis 3. calycinis ſingulae ſquamae amentacea inſiſtentibus - - - - - (Betula.)

bb) filamentis in flore terminali 3 - andro amenti coalitis in unum, in ſquamis 9. reliquis, ternario 3 - plici numero appoſitis, nullis - - - 102. Juniperus.

Classis

Digitized by Google

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

I. MONOPETALI, SVPERI.

A) Stigmate ſimplici, vel 2 - lobo

AA) floribus aggregatis, tubuloſis, calyce communi praeſente; fructu 1 - ſpermo, infero, ſeminiformi; ſtylo elongato;

a) calyce communi oblongo, erecto, paucifloro; receptaculo non paleaceo; ſtigmate 2 - fido; corolla 4 - fida, lacinia extera majore; calyce communi compoſito e tot laciniis ſubulatis, quot flores; antheris oblongis; fructu 4-gono - - - - - 103. KNAVTIA.

b) calyce communi patente, receptaculo fructus maturos ſuſtinente; calyce polyphyllo; antheris elongatis, incumbentibus; fructu teretiuſculo (*)

ba) receptaculo paleis elongatis obſito, magis conico; corollis 4 - fidis; ſtigmate ſimplici; fructubus margine calycino integro coronatis, columnaribus - 104. DIPSACVS.

bb) receptaculo paleis brevibus obſito; vel nudo, magis plerumque convexo; corollis 4 - 5 - fidis; ſtigmate oblique emarginato; fructubus calyce vario coronatis; duplici, extero membranaceo, interno 5 - ſpinoſo; ovato - oblongis - 105. SCABIOSA.

AB) floribus non aggregatis

a) corollis tubuloſis, plerumque elongatis

aa) ſeminibus pluribus, fructu coronato, 3 - loculari; calyce 5 - partito, ſupero; alioque infero 4 - phyllo, oppoſite diverſo, foliolis 2. minutis, 2. ellipticis hiſpidis; corolla campanulata, ſubaequali, filamentis didynamis, antheris compreſſis; ſtigmate globoſo; bacca exſucca, calyce infero hiſpido tecta, loculis 2 - ſpermis; ſeminibus ſubrotundis - - - 106. LINNAEA.

ba) ſemine 1. tantum adoleſcente, reliquis abortivis, ſtylo elongato; ſemine loculamenti alterius fructus 2 - locularis baccati matureſcente; antheris elongatis; laciniis corollae lanceolatis; ſemine arillato; bacca ſolum umbilicata; ſtigmate 2 - fido, laciniis ſubulatis, reflexis - - - (COFFEA *occidentalis.*)

b) corollis rotatis; filamentis praeſentibus; fructu non coronato, drupaceo, ſicco, 1-2 loculari, 1 - 2 - ſpermo; calyce infero 2 - phyllo; ſtigmate obtuſo - 107. SANGVISORBA.

B) Stigmate duplici, ſtylo plerisque apice 2 - fido

BA) calyce fructus 1 - 2 - ſpermi ſupero nullo, vel obſoleto, minuto

a) infero etiam nullo

aa) fructu didymo, 2 - ſpermo

α) ſicco, clauſo, ſeminiformi

αα) corolla tubuloſa - - - - 108. ASPERVLA.

αβ) — rotata - - - - - - 109. GALIVM.

β) fructu baccato, corolla campanulata - - - 110. RVBIA.

ab) fructu 1 - ſpermo; corolla rotata; (germine abortivo, ſi ſtylus et ſtigmata in flore depauperata) - - - - - 111. VALANTIA.

b) infero 2 - phyllo; corolla tubo filiformi, limbo laciniis caudatis, acuminibus inflexis; germine compreſſo; fructu didymo, 2 - ſpermo, ſeminiformi, ſicco - 112. CRVCIANELLA.

BB) calyce fructum diſpermum coronante, ſupero, 4 - fido; fructu clauſo ſeminiformi, plus minus 2 - partibili, 2 - ſpermo; corolla tubuloſa, elongata, laciniis calycis ſubinaequalibus; laciniis corollae obtuſis; ſtylo bifido; dimidiis fructus integre ſuperne diſcedentibus; ſingulo lacinia calycis integra, et dimidiatis duobus 3 - dentato - 113. SHERARDIA.

II. MONOPETALI INFERI.

A) Germine 4 - lobo, 4 - ſpermo, fructu 4 - plici

AA) corolla aequali, 5 - fida; fructubus ſeminiformibus; lobis corollae obtuſis, ſtaminibus in fauce; calyce 5 - fido, denticulo 5° calycis truncato; laciniis limbi corollae ſolis praeſentibus; ſtaminum pari altero humiliore - - 114. VERBENA.

AB) corolla 2 - labiata; altero ſtaminum pari humiliore, corollae labio infero plerisque 3 - fido, ſupero 2 - fido; numero in calyce, ſi labiatus, inverſo

a) notis ſingularibus diſtinctae

aa) ſtylo 2 - fido; calyce bilabiato, ſuperne 3 - fido, inferne 2 - partito (?); corollae labio ſupero ſemi - 2 fido, infero 3 - fido, ſubaequali, plano; antheris bilobis, ſub labio ſuperiore - - - - - 115. THYMBRA.

ab) ſtigmatis 2 - lobi lacinia anteriore ſtylo inferius appoſita, latiore, magis obtuſa et patente, altera erecta, altiore, truncata; ſtaminibus fauce brevioribus, antheris didyme appoſitis, ſubrotundis; calyce ſubaequali vel labiato; labio corollae ſupero erecto, 2 - fido, inferi lacinia media ſubrotunda, crenata, lateralibus acutis - - - - - 116. SIDERITIS.

ac) fructubus baccatis; calyce 2 - labiato, labio ſupero ovato, concavo, obſolete emarginato, infero 3 - fido, reflexo, lacinia media majore; ſtaminibus labio ſupero appreſſis, antheris oblongis - - - 117. PRASIVM.

b) non priorum: ſed ſtylo indiviſo; ſtigmate bifido, laciniis acutis; fructubus 4. ſeminiformibus ſiccis

ba) ſtaminibus defloratis ad latera reflexis; calyce 5 - dentato, aequali vel inaequali;

Digitized by Google

quali; corollae labio ſuperiore fornicato, inferiore lateribus deflexo, 3-fido, media maxima emarginata - - - - - - - 118. Stachys.

bb) floribus cum ſuis bracteis coloratis in amentum ſpicaeforme congeſtis; calyce vario; labio corollae ſuperiore plano, erecto, emarginato, inferiore 3-fido, laciniis ſubaequalibus - - - - - - 119. Origanum.

bc) corollae labio altero ſimplici, altero (ſuperiore 2-partito, cum laciniis lateralibus, omnibus aequalibus, juncto) 4-fido; ſtaminibus liberis, corollae labio inferiore inciſo, crenato-ſerrato; ſtaminibus verſus illud deflexis, filamentis brevioribus, baſi proceſſu ſingulari auctis; calyce 2-labiato, labio ſuperiore orbiculato, inferiore 4-fido - - - 120. Ocymum.

bd) non priorum; labio altero 3-partito; floribus non amentaceis; ſtaminibus defloratis non diſtincte reflexis

α) calycibus regularibus 5-dentatis

αα) calyce latiſſimo, campanulato, patentiſſimo, incurvo, margine (5-7-12-) ſpinoſo; labio ſuperiore corollae integro, concavo, inferiore 3-fido, media productiore emarginata - - - 121. a. Moluccella. (*)

αβ) calycis tubuloſi, 10-ſtriati, ore conſtricti, margine patulo, hypocrateriformi

1) galea ſ. labio ſupero corollae recto vel recurvo, laciniis labii inferi lateralibus acutis vel diviſis, omnibus ſtrictioribus - - 121. b. Marrubium.

2) galea fornicata, laciniis corollae omnibus obtuſis, laxioribus - 122. Ballota.

αγ) calyce tubuloſo, 5-ſtriato, vel coſtato

1) labio ſuperiore corollae fornicato-galeato

1a) inferiore 3-fido

A) laciniis ſubaequalibus acutis, filamentis glanduloſo-ciliatis - 123. Schkuhria.

B) lacinia media latiore, omnibus obtuſis

BA) galea abbreviata, margine faucis utrinque in tuber elato, folliculis antherarum operculatis, valva introrſum diſcedente - 124. Galeopsis.

BB) galea falcata incurva, externe hirſuta, tuberculis ad latera faucis nullis; antherarum folliculis longitudinaliter dehiſcentibus, 2-valvibus - - - - 125. Phlomis.

1b) inferiore, ſ. ſola media lacinia, 2-lobo, laciniis lateralibus in dentes fauci marginales reſolutis; folliculis antherarum plerumque barbatis - - - - - - 126. Lamium.

2) labio ſuperiore corollae rectiore vel recurvato

2a) laciniis labii inferi lateralibus oblongis productis

A) ſtaminibus ſub labio ſuperiore ultra faucem aſcendentibus

AA) ſtaminum paribus approximatis, antheris ſinguli paris bilobis cruciatim junctis; lacinia labii inferioris media majore - 127. Glecoma.

AB) ſtaminibus disjunctis; laciniis labii inferioris ſubaequalibus - - - - - 128. Leonurus.

B) ſtaminibus fauci aequalibus; tubo corollae incurvo, lacinia labii media majore - - - - 129. Betonica.

 2b) la-

2b) laciniis labii inferi lateralibus brevibus, obtuſis, ſolum marginem reflexum formantibus, media majore crenulata, tubo ſub-incurvo; ſtaminibus ſub labio ſuperiore - - - 130. NEPETA.

3) labio ſupero abbreviato planiore, laciniis lateralibus ſubaequali, in prioribus majore

3a) dentibus calycinis acutis, ſtaminibus plerumque exſortis

A) lacinia labii inferi media latiore

AA) antherarum loculis a filamentis divergentibus - 131. HYSSOPVS.

AB) antherarum loculis verſus filamenta reflexis - 132. SATVREIA.

B) laciniis labii inferi ſubaequalibus - - - - - 133. MENTHA.

3b) dentibus calycinis latis obtuſis, ſtaminibus in fauce corollae, antherarum folliculis reniformi-coalitis; ſtigmate 2-lobo, laciniis labii inferi ſubaequalibus, ſupero paullo majore, 2-fido - 134. LAVANDVLA.

β) calycibus irregularibus

βα) calyce operculato, bilabiato, labiis integris, altero operculi inſtar verſus alterum poſt floreſcentiam connivente, et a ruga poſtica transverſa criſtaeformi oriente; laciniis labii inferi lateralibus, galeae ſ. labio ſuperiori junctis; lacinia media ſ. labio huc inferiore lata, emarginata - - 135. SCVTELLARIA.

ββ) calyce bilabiato, labiis dentatis ($\frac{3}{2}$)

1) filamentis apice 2-furcatis, ſ. denticulo laterali notatis, baſi conica validis; labio corollae ſuperiore fornicato, inferioris 3-partiti lacinia media majore emarginata, ſerrata - - - 136. PRVNELLA.

2) filamentis ſimplicibus: labio ſuperiore fornicato, laciniis lateralibus inferis fauci oppoſitis, media paullo majori emarginata; tubo corollae verſus faucem inflato; calyce varie ($\frac{3}{2}$ $\frac{1}{4}$) 2-labiato - - 137. DRACOCEPHALVM.

3) non priorum: ſed filamentis ſimplicibus, galea plana vel ſolum fornicata, tubo non ſtrumoſo - - - - -

3a) labio corollae ſuperiore, et lacinia infera media, emarginatis

A) calyce angulato, ſuperne planiore - - 138. MELISSA.

B) calyce teretiuſculo

BA) fauce calycina villis verſus centrum radiantibus clauſa - 139. THYMVS.

BB) fauce nuda, non villoſa, bracteis copioſis, ſetaceis, florum verticillo ſubjectis - - - 140. CLINOPODIVM.

3b) labio corollae ſuperiore, laciniaque infera media, integris, hac tantum crenulata, paullo latiore, lateralibus majuſculis oblongis, limbo corollae 4-lobo, calyce tereti; laciniis latiuſculis; antheris cruciatim geminatis - - - - 141 MELITTIS.

AC) corolla 1-labiata, labio ſupero retracto, abbreviato, vix ullo, ſtaminibus breviore, ſuperſtite tantum lobulis binis

a) obtuſis, connexis in unum; lacinia labii inferioris media obcordata; ſtaminibus validis, porrectis - - - - - - 142. AIVGA.

b) acutis, fiſſura in ipſum tubum continuata diſtinctis; lacinia labii inferioris media ſub-

ſubrotundata; ſtaminibus ſubulatis, teneris, plerumque e fiſſura aſcendentibus et curvatis - - - - - - 143. TEUCRIUM.

B) Germine ſimplici

BA) corolla 1 labiata; labio ſupero nullo, infero ſolum producto, 3 - lobo; calyce 4 - partito, 3 - bracteato; antheris oblongis villoſis; capſula 2 - loculari, diſſepimento contrario, unguibus elaſticis armato (Acanthus Linn.); corolla villis clauſa, ſtigmate 2 - fido - - - - - - 144. ACANTHUS.

BB) corolla 2 - labiata, vel inaequali, vel regulari; filamentis ſimplicibus, vel nullis

a) calyce 2 - fido; filamentorum altero pari humiliore; corolla 4 - fida, 2 - labiata, labio inferiore 3 - fido

aa) labio ſuperiore galeato compreſſo, incurvo; capſula 2 - loculari, diſſepimento contrario, ſtigmate obtuſo - - - (PEDICULARIS.)

ab) labio ſuperiore erecto, longiore quam inferius; capſula 2 - loculari, diſſepimento contrario; ſtigmate obtuſo - - - - 145. BARTSIA.

ac) labio ſuperiore laciniis inferioris ſubaequali; capſula 1 - loculari, receptaculis ſeminum 4. linearibus, adnatis; ſtigmate ſemi - 2 - fido, lacinia utraque emarginata - - - - - - (OROBANCHE.)

b) calyce 4 - fido, vel 4 phyllo

ba) ſtaminum pari altero altiore

α) corolla 4 - fida, ſubaequaliore limbo, plano, tubo ſubobliquo; calyce tubuloſo, 4 - dentato; ſtigmate 2 - fido, lacinia infera unciformi; drupa 1 - loculari, nuce 3 - loculari, 2 - ſpermo, loculo tertio abortivo - 146. LANTANA. (*)

β) 2 - labiata ($\frac{1}{3}$)

βα) fructu 1 - loculari, 2 - valvi, elaſtico, capſulari; ſeminibus valvulae affixis; labio corollae ſupero galeato adunco, infero breviore, obtuſo - 147. LATHRAEA.

ββ) fructu 2 - loculari; antheris aequalioribus; fructu capſulari, diſſepimento contrario; ſtigmate obtuſo

1) calyce germineque compreſſis; corollae labio ſuperiore galeato, compreſſo, emarginato, infero patulo, media latiore; antheris 2 - fidis, hirſutis - - - - - - - 148. RHINANTHUS.

2) calyce germineque teretiuſculo

2a) galea corollae compreſſa, marginibus reflexa, apice emarginata; labio 2. tuberculis prominulo, ſubtus cavis, faucem plus minus claudentibus - - - - - - - 149. MELAMPYRUM.

2b) galea convexa, labio non 2 - gibboſo, laciniis aequalibus, obtuſis; capſula compreſſa, polyſperma, ſeminibus parvis; calyce ſenſim inaequali; labio corollae ſupero concavo emarginato; antherarum lobis (praecipue omnium infimo) ſpinula terminatis; ſeminibus ſubrotundis - - - - - - 150. EUPHRASIA.

bb) ſtaminibus longitudine aequalibus; calyce 4 - fido; ſtylo ſimplici, ſtigmate ſimplici

α) corolla tubuloſa; filamentis corolla longioribus; limbo corollae reflexo, demum

demum tabeſcentis, ſubcalycinae; antheris incumbentibus; capſula 2-loculari, circumſciſſa, 2-polyſperma - - - - 151. PLANTAGO.

β) corolla rotata; calyce corolla longiore; corollae tubo ſub-globoſo, laciniis ſub-ovatis; ſtaminibus corollae ſubaequalibus; capſula 1-loculari, circumſciſſa, polyſperma - - - - - - 152. CENTUNCULUS.

c) calyce 5-fido, vel 5-phyllo; ſtaminibus didynamis, pari altero longiore

ca) corolla rotata; ſtigmate ſimplici; fructu 2-4-loculari; corolla nec 2-labiata, nec nectarifera, laciniis rotundatis; calyce non ſquamis clauſo; fructu polyſpermo; corolla inaequali, laciniis 2. ſuperis minoribus, infima majore; foliolis calycinis lanceolatis; ſtigmate obtuſo; ſeminibus angulatis - 153. CELSIA.

cb) corolla globata, laciniis limbi parvi ſuperis majoribus, erectis, duabus lateralibus patulis, infima reflexa; laciniis calycis rotundatis; ſtigmate ſimplici; capſula 2-loculari, 2-valvi, polyſperma - - - 154. SCROPHULARIA.

cd) corolla hypocrateriformi, 5-partita, limbo aequali; ſtigmate capitato, vel craſſiuſculo; calyce 5-phyllo, tubo aequali; laciniis corollae obcordatis; filamentis intra tubum; ſtylo brevi; capſula 2-loculari, 2-valvi, polyſperma, valvulis ſemi-2-fidis - - - - 155. ERINUS.

ce) corolla tubuloſa, 2-labiata (?)

α) germine 1-loculari,

αα) 1-ſpermo; laciniis limbi ſub-aequalibus; calyce tubuſato, 5-dentato; ſtigmate capitato; fructu capſulari, 1-valvi - - 156. TOZZIA.

αβ) polyſpermo; calyce 5-fido; receptaculis ſeminum minutorum 4. lateralibus adnatis, capſula 2 valvi; laciniis labii inferioris labio emarginato, ſingulis ſubaequalibus; ſtigmate ſemi-2-fido, lacinia ſingula emarginata - 157. OROBANCHE.

β) germine 2-loculari

ββ) corollae baſi hinc in ſaccum coecum vel calcar producta, labio inferiore ante faucem tumido, eum ſaepe claudente; ſtigmate obtuſo - 158. ANTIRRHINUM.

βα) corolla non calcarata; ſtigmate ſimplici; labio corollae inferiore plano, ſuperiore galeato, compreſſo; ſtigmate obtuſo; capſula plerumque obliqua - - - - - - 159. PEDICULARIS.

γ) germine 4-loculari, 4-ſpermo; calyce cylindrico, 5-dentato; labio corollae utroque 3-fido; lacinia ſtigmatis utraque ſubulata; fructu baccato - 160. VITEX.

cf) corolla tubuloſa, regulari, vel irregulari, non priorum

α) corollae limbo 5-fido

αα) laciniis 2. ſuperis, a 3. inferis diſtinctis; ſeminibus alatis; ſtamine 5° ſterili (Bignoniae L.); diſſepimento fructus 2-locularis valvulis parallelo, fructu ſiliquaeformi capſulari - - - - 161. BIGNONIA. (*)

αβ) lacinia infima diſtincta

1) ſtigmate ſimplici; calyce 5-partito; capſula 2-loculari, 2-valvi, polyſperma; ſeminibus minutis; valvulis 2-fidis; corollae laciniis 2. ſupremis magis coalitis, infima majore; calycis laciniis ovatis; corolla campanulata, laciniis abbreviatis; receptaculo ſeminum duplici, diſſepimentum decuſſante - - - - - - 162. DIGITALIS.

2) ſtigmate 2-fido

2a) fru-

Digitized by Google

2a) fructu 4 - loculari; corolla ventricoſa; rudimento ſtaminis 5ⁱ acceſſorio; ſtigmate 2 - lobo; antheris divaricatis; capſula lignoſa, roſtrata, roſtro recurva, ſub - 1 - loculari, ſepimentorum marginibus paullum remotis; ſeminibus baccatis - - 163. MARTYNIA (*)

2b) fructu mere 2 - loculari; ſeminibus minutis, receptaculo diſſepimenti contigui affixis - - - - (GRATIOLA *Monnieria.*)

γa) ſubaequalibus laciniis; ſtigmate ſimplici, germine 2 - loculari; calyce 5 - fido regulariore; antheris ſimplicibus; laciniis corollae acutis; capſula ſub - 1 - loculari polyſperma; ſeminibus receptaculo magno affixis - 164. LIMOSELLA.

d) calyce imbricato, 1 - vel multifloro; receptaculo plerumque paleaceo; ſtylo filiformi, ſtigmate ſimplici; fructu ſeminiformi, 1 - ſpermo; calyce proprio tubulato, 5 - fido; corollae ſingulae tubo anguſto, limbo (⅔) bilabiato; filamentis corollae aequalibus; fructu ovato - - - - 165. GLOBULARIA.

III. POLYPETALI.

A) Flore 4 - petalo

AA) ſupero

a) flore glanduloſo; ſtigmate ſimplici; calyce obſoleto, vel exiguo, 4 - dentato; fructu baccato; glandula ſimplici baſin ſtyli cingente, ſtigmate ſimplici; ſtaminibus juxta glandulam; germine ſubrotundo; drupa nuce 2 - loculari, 2 - ſperma; floribus intra involucrum 4 - phyllum - - - - 166. CORNUS.

b) flore non glanduloſo; ſtigmate ſimplici; petalis non ſtaminiferis; calyce ſolum ſupero; ſtigmate capitato; antheris ſimplicibus; calyce armante nucem 1 - ſpermam, cornubus ſpinoſis 2 - 4, ut totidem laciniis perſiſtentibus, intime cum fructu concretis; petalis ob - ovatis; ſtigmate emarginato, germine floris 2 - loculari - - - - - - - 167. TRAPA.

AB) infero

a) calyce proprio nullo; floribus nec amentaceis, nec ſpadiceis; ſtylo praeſente, germine plerisque 1 - ſpermo; nectario nullo; antheris lateraliter apertis; germine glandulis nullis cincto; ſtaminibus aequalibus; ſtigmate ſimplici; fructu baccato, aliquot ſeminibus foeto - - - - 168. UNIFOLIUM.

b) calyce 4 - phyllo vel partito

ba) ſtigmate ſimplici

α) intra petala acceſſoriis cucullis, ſingulo petalo et folio calycino incumbente, ſeſſili; filamentis juxta eos affixis, antheris a baſi verſus apicem dehiſcentibus; ſtigmate ſimplici; fructu ſiliquoſo, 2 - valvi, 1 - loculari, polyſpermo - - - - - - 169. EPIMEDIUM.

β) acceſſoriis intra corollam ſingularibus nullis; ſtaminibus a petalis diſtinctis; petalis cruciatim divergentibus; fructu polyſpermo,

βα) 4 - loculari, capſulari; petalis ovatis, antheris didymis; ſtylo brevi; capſula loculis 1 - ſpermis; ſeminibus arillatis; ſtigmate obtuſo - (EVONYMUS.)

ββ) 2 - loculari, 2 - valvi, ſiliquoſo

1) cor-

Digitized by Google

α) cordato, diſſepimento valvulis navicularibus ſiliquae compreſſae contrariis - - - - - - - (Lepidium nudicaule)

β) elongato, diſſepimento parallelo, valvulis dehiſcendo ſpiraliter revolutis - - - - - - (Cardamine hirſuta et alpina)

bb) ſtigmate 2 - partito

α) petalis depauperatis erga calycem, ſquamiformibus, inter eius lacinias - (Rhamnus ſaxatilis.)

β) petalis magis ſpecioſis; germine compreſſo, in floribus ſtaminibus magis adultis abortiente; capſula 2 - loculari, alata, clauſa, 4 - ſperma, ſemine altero, vel 2. vel 3. abortivis - - - - 170. Ptelea.

B) Flore 5 - petalo; germine lobato, lobis 1 - ſpermis, ſtylo ſtigmatis laciniis numero ſeminum; germine 4 - ſpermo; calyce 5 - phyllo, amplo, laciniis inaequalibus, infima ſaccata, cymbam recondente; corolla petalis anguſtis, 4. linearibus, apice reflexis, ſupremo porrecto; ſtaminibus didynamis; lobis fructus capſularibus - - 171. Melianthus. (*)

IV. Incompleti.

A) Stylo 2 - fido; calyce 4 - partito, inaequali; germine 1 - ſpermo; filamentis liberis; germine compreſſo; capſula 1 - loculari, ſuperne dehiſcente; ſemine ovali, compreſſo; - - - - - - - - 172. Camphorosma.

B) ſtylo ſimplici

BA) e baſi germinis exoriente; fructu ſeminiformi, compreſſo, 1 - ſpermo; ſtaminibus ori calycis inſertis, antheris ſubrotundis; ſtigmate globoſo; calyce fructum fovente;

a) calyce 8 - fido, laciniis alternis minoribus - - - 173. Alchemilla.

b) calyce 4 - fido - - - - - - 174. Aphanes.

BB) e vertice germinis oriente

a) ſtigmate penicilliformi, multifido; calyce 4 - fido; floribus in involucro 6-phyllo, geminatis; antheris didymis; fructu ſeminiformi, compreſſo - 175. Parietaria ☿

b) calyce 4 - fido; germine infero;

ba) fructu 1 - ſpermo

α) calyce patente; filamentis baſi laciniarum inſertis, antheris ſubrotundis; ſtylo filiformi, ſtigmate craſſiuſculo; fructu ſicco - - (Thesium.)

β) calyce campanulato; filamentis infra diviſuras calycis inſertis, antheris oblongis; fructu drupaceo, non coronato - - - 176. Elaeagnus.

bb) fructu polyſpermo, 4 - loculari; filamentis e medio calyce enatis; ſtylo ſimplici, ſtigmate craſſiuſculo - - - - 177. Isnardia.

DIGYNIA.

A) Flore 1 - petalo

AB) fructu 2 - ſpermo, corolla 4 - fida; flore infero; corolla erecta; calyce 4 - fido, baſi carnoſo; filamento ſingulo baſi ſquamula 2 - fida corollae adnato; fructu carnoſo, circumſciſſo, 2 - loculari - - - - 178. Cynura.

AC) fru-

Digitized by Google

AC) fructu capſulari, 1 - loculari, polyſpermo, 2 - valvi; ſeminibus parvis, valvulis adnatis; ſtylo nullo; filamentis ſubulatis, corolla 4 - fida; calyce 5 - partito;

a) corolla rotata, punctis 2. ſetaceo - ciliatis in baſi ſingulae laciniae corollinae excavatis; capſula utrinque acuminata - - - - - (SWERTIA.

b) corolla tubuloſa, capſula apice leviter 2 - fida - - - (GENTIANA)

B) corolla 4 - petala

BA) calyce 2 - phyllo, deciduo, foliolis ovatis; petalis 3 - fidis, duobus externis oppoſitis latioribus; filamentis ſubulatis, laciniis mediis petalorum intimorum tectis; ſtylis breviſſimis, fructu ſiliquoſo, articulato, articulis 1 - ſpermis - - 179. HYPECOUM.

BB) calyce 4 - phyllo, calycis foliolis ſubulatis, carinatis, margine membranaceis; petalis emarginatis, calyce brevioribus; filamentis liberis, antheris didymis; capſula 1 - loculari, 2 - valvi, 2 - ſperma - - - - 180. BUFONIA.

C) Floribus incompletis; fructu 1 - ſpermo; calyce 1 - phyllo; ſtylis 2. intus ſtigmatifero - pubeſcentibus; ſtaminibus tantum 4. fertilibus - - - (ULMUS *tetrand. a*)

TRIGYNIA.

Calyce 5 - phyllo, corolla 5 - petala - - - - (HOLOSTEUM.)

TETRAGYNIA.

A) Corolla 1 - petala; ſtylis nullis; calyce 4 - dentato, parvo; corolla 4 - partita, rotata, laciniis ſubrotundis, unguibus connexis; bacca 4 - loculari, 4 - ſperma - 181. ILEX.

B) Corolla 4 - petala

BA) germine ſimplici, polyſpermo; calyce 4 - phyllo, perſiſtente; petalis obtuſis; capſula 4 - valvi

a) 1 - loculari; petalis ovatis; antheris ſubrotundis - - - 182. SAGINA.

b) 8 - loculari, loculo ſingulo 1 - ſpermo; petalis oblongis; antheris ſagittatis - 183. RADIOLA.

BB) germine 4 - 5 - plici, ſingulo 2 - ſpermo; calyce 4 - partito; petalis ovatis, calyce fere minoribus, ſtaminibus corolla; capſula ſ. folliculo ſingulo longitudinaliter dehiſcente - - - - - - 184. TILLAEA.

C) Flore incompleto

CA) calycino, calyce 4 - phyllo

a) germinibus 4. ſtylis nullis, ſtigmatibus obtuſis; antheris didymis; fructubus ſeminiformibus, angulatis - - - - - - 185. POTAMOGETON.

b) germine 1. ſtylis 4, antheris ſub - rotundis; capſula 1 - loculari, polyſperma - (SAGINA.)

CB) apetalo, calyce corollaque nullis; floribus in ſpadice diſtiche aggregatis; antheris ſeſſilibus; germinibus 4 - 5, ſtigmate ſingulo ſeſſili; fructubus ſeminiformibus, ſtigmate coronatis, pedicellis, nunc elongatis, inſidentibus - - 186. RUPPIA.

AGYNIA.

A) Corolla 1 - petala perianthio cingente, ſeu calyce vero

Digitized by Google

a) 4 - phyllo, tubo corollae calyci aequali; limbo 4 - fido; filamentis filiformibus, longiſſimis, antheris cordatis - - - - 187. LITTORELLA.

b) 4 - dentato; corolla rotata, 4 - partita, laciniis ſubrotundis; filamentis corolla brevioribus - - - - - - - (ILEX.)

B) Corolla 4 - petala; flore non glanduloſo; calyce 4 - fido, petalis ei inter lacinias affixis, depauperatis, ſquamiformibus - - - - - (RHAMNUS.)

C) Flore calycino

CA) calyce 4 - fido

a) ſquamae amentaceae 3 - - florae inſiſtente, 3 - phyllae, ſquamulis 2. ad majorem acceſſoriis; antheris didymis - - - - - 188. BETULA.

b) flore diſtincto;

ba) filamentis praeſentibus, ſeparatis, ſubulatis vel capillaribus, antheris non didymis; laciniis calycis ovatis - - - - 189. MORUS.

bb) filamentis nullis, anthera ſingula laciniae calycinae in tota ſuperficie adnata - 190. VISCUM.

CB) calyce 4 - phyllo; filamentis diſtinctis; flore glanduloſo, glandula ſimplici, cyathiformi; foliolis calycinis ſub - rotundis, filamentis extrorſum porrectis - 191. URTICA.

CD) calyce 2 - valvi, 1 - phyllo, laciniis ſub - rotundis; filamentis breviſſimis; antheris oblongis, angulatis - - - - - 192 HIPPOPHAE.

CE) calyce 5 - phyllo, foliolis ſub - rotundis, 2. magis interioribus, majoribus; filamentis ſubulatis, antheris didymis; germinis rudimento ſub flore - 193. BUXUS.

D) Flore amentaceo

DA) antheris 4. didymis, 2 - locularibus, filamentis inſiſtentibus; amento oblongo, undique imbricato; filamentis brevibus, antherarum lobis 2 - fidis - 194. MYRICA.

DB) antheris 1 - locularibus, ſeſſilibus, in pagina interiore

a) ſquamae obtuſae, amento circiter 6 - floro - - - 195. THUYA.

b) — peltatae, amento circiter 20 - floro - - - 196 CUPRESSUS.

CLASSIS

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

* * *

MONOGYNIA.

I. MONOPETALI INFERI.

A) Germine ſimplici, 2 - partito, vel 3 - lobo
AA) notis ſingularibus diſtinctae: corolla calcarata; germinis *cingulo* ſtaminifero, vel non ſtaminifero, ſimplici vel multiplici; *ſtigmate* 3 - 5 - fido
a) corolla 5 - calcarata ad baſin, tubo ſubventricoſo, limbo patente; germine 2. loculari, polyſpermo (Peloria, ſ. progenies hybrida naturalis florum plurium generis Antirrhini).
b) germine cincto glandula vel cingulo dentato, ſaepe ſtaminifero
ba) germine 1 - ſpermo; ſtylo et filamentis elongatis; cingulo glanduloſo
α) remoto a ſtaminibus, inſertis ſupra baſin globoſam cartilagineam tubi corollae anguſtioris, ſenſim ſurſum ampliatae in limbum plicatum, acutum, obſolete 5 - fidum, ſub - integrum; ſtigmate verrucoſo, capitato; fructu ſeminiformi, a baſi corollae incruſtato, eaque angulato; calyce 5 - partito, ſub - inaequali; antheris ſubrotundis - - - - 197. MIRABILIS. (*)
β) ipſo ſtaminifero; corollae limbo erecto vel patente, laciniis ovatis; antheris oblongis, filamentis in dentes glandulae deſinentibus; ſtigmate 5 - fido; calyce tubulato, 5 - gono, 5 - dentato; capſula ſtylo acuminata, 1 - loculari, 5 - valvi, calyce angulato veſtita; ſemine pedicellato - 198. PLUMBAGO.
bb) glandulis ſ. appendicibus 2. ad baſin germinis 2 - lobi ſ. duplicis; corolla hypocrateriformi; antheris conniventibus; ſtigmate capitato; folliculis fructus 2. diſtinctis; ſeminibus oblongis; ſtylo diſtincto, ſtigmate terminali, orbiculo diſtincto plano inſidente; corollae tubo ſub limbo craſſiore, fauce 5 - gona, laciniis limbi truncatis; antheris acutis; ſeminibus cylindraceis - 199. VINCA.
c) ſtigmate 3 - fido, non priorum, (Plumbago) (fructu Polemonii, ſeptis contrariis)

ca) corolla rotata, laciniis amplis ſubrotundis; filamentis baſi dilatatis, tubum brevem ibi claudentibus; laciniis ſtigmatis revolutis, genitalibus inclinatis; calyce cyathiformi, 5 - fido; capſula 3 - gona, 3 - loculari, 3 - valvi, apice 3 - fariam dehiſcente, polyſperma; ſeminibus acutiuſculis - - 200. Polemonium. (*)

cb) corolla tubuloſa; filamentis ſubulatis, baſi non dilatatis; calyce tubuloſo; corolla elongata, limbo 5 - lobo; filamentis 2. altioribus, 1. reliquis breviore, ſtaminibus non ultra tubum exſertis; corolla hypocrateriformi, tubo incurvo; calyce 10 - angulari, 5 - dentato; capſula 3 - loculari, 3 - valvi, 3-ſperma; ſeminibus ovatis - - - - - 201. Phlox. (*)

AB) non priorum; — ſed *corolla* non calcarata; *cingula* germinis glanduloſo vel ſtaminifero nullo; *ſtigmate* ſimplici, 2 - 4 fido;

a) uniloculari fructu, polyſpermo

aa) receptaculo ſeminum centrali vel indiſtincto

α) corollae laciniis reflexis; filamentis brevibus, antheris elongatis, rectis, acutis, conniventibus; ſtylo filiformi, vel ſubulato, ſtigmate ſimplici, acuto; fructu apice dehiſcente ore 5 - dentato; laciniis calycis porrectis; fructu globoſo, ſubcarnoſo, vel baccato - - - 202. Cyclamen.

β) corollae campanulatae laciniis laceris; calyce 5 - partito; filamentis ſubulatis, antheris acutis; ſtylo filiformi, ſtigmate ſimplici, nodiformi; capſula apice dehiſcente, multidentato - coronata, valvis reliquum connexis, oblique tortis ſtriata, ſeminibus acuminatis - - - 203. Soldanella.

γ) corolla rotata

1) laciniis calycis 3 - dentatis; fauce corollae annulo elevato, limbo laciniis ovatis, acutis; filamentis obtuſis, antheris 2 - lamellatis, exterius affixis; ſtigmate ſub - capitato; capſula dehiſcente ſuperne 5 - partita, ſeminibus angulatis - - - - - 204. Cortusa.

2) laciniis calycis ſimplicibus carinatis; limbo corollae laciniis ovato - orbiculatis, tubo nullo, fauce nuda; filamentis laciniis corollae oppoſitis, ſubulatis, baſi hirſutis, antheris terminalibus; ſtigmate capitato; capſula circumſciſſa, ſeminibus angulatis - - - 205. Anagallis.

3) calyce laciniis nec carinatis, nec 3 - dentatis diverſo; laciniis corollae patentibus; filamentis praeſentibus, laciniis limbi oppoſitis; fructu polyſpermo; antheris acutis; ſtylo elongato a germine diſtincto, ſtigmate obtuſo; capſula 5 - 10 - valvi; ſeminibus angulatis - - 206. Lysimachia.

δ) corolla tubuloſa; ſtaminibus edentulis; fructu capſulari; ſtigmate globoſo capitato

1) corolla regulari, hypocrateriformi

A) ſtaminibus ſupra faucem inſertis, laciniis limbi ovato oblongis, emarginatis ex oppoſito; calyce 5 - partito, laciniis linearibus; capſula calyci impoſita, globoſa; ſeminibus et eorum receptaculo globoſis - 207. Hottonia.

B) ſtaminibus intra tubum; calyce 5 - fido vel dentato

BA) floribus umbellatis, involucratis; capſula apice coronato dehiſcente

a) laciniis limbi corollae emarginatis; calyce fructus tubuloſo, 5-dentato; capſula apice 10 - dentata - - - 208. Primula.

b) la-

Digitized by Google

b) laciniis limbi corollae integris; calyce fructus plano 5 - fido; capſula apice 5 - dentata - - - - 209. ANDROSACE.

BB) floribus ſolitariis; calyce 5 - fido; laciniis limbi corollae ob - ovatis; capſula 5 - valvi - - - - 210. ARETIA.

2) corolla ſub - irregulari, laciniis 2. inferis brevioribus, magis diſtantibus; genitalibus declinatis, filamentis ſetaceis; calyce ventricoſo, 5 - dentato, extus coronato, ſuperne ſpinis 5. ſimplicibus, inferne ſpinis 5- dentatis; capſula 5 - valvi, globoſa - - - 211. CORIS.

ab) receptaculo ſeminum parietali vel marginali, capſula 2 - valvi

α) limbo corollae piloſo, vel ciliato, ſtigmate 2 - fido

1) limbo corollae intus piloſo, pilis erectis, villoſis; ſeminibus ventricoſo-lenticularibus, parieti valvulae affixis - - - 212. MENYANTHES.

2) limbo corollae ciliato; ſeminibus foliaceo - compreſſis, margine membranaceo, ciliato, cinctis, marginibus valvularum affixis - 213. NYMPHAEVM.

β) limbo corollae nudo; filamentis praeſentibus, e tubo enatis, antheris defloratis contortis; ſtylo brevi, ſtigmate 2 - lobo; capſula 2 valvi, ſemina minuta in parietibus valvularum affigente - - - (GENTIANA.)

b) bi - vel multiloculari fructu

ba) 5 - loculari, coalito; calyce parvo; ſtigmate obtuſo; corolla campanulata, laciniarum lateribus inflexis; calycis erecti laciniis acutis; filamentis filiformibus receptaculo inſertis; ſtylo corollae aequali; capſula 5 - valvi, loculis polyſpermis - - - - - - 214. AZALEA.

bb) 2 - 3 - 4 - loculari, coalito, polyſpermo

ba) corolla rotata

α) antheris apice biforis, lateraliter clauſis, denſe approximatis, ſubſeſſilibus, filamentis abbreviatis; corolla plicata; ſtigmate obtuſo, ſtylo ſtaminibus longiore; bacca 2 - loculari, apice puncto notata - - 215. SOLANVM.

β) antheris ſveto more in tota ſutura folliculorum dehiſcentibus; ſtigmate obtuſo; fructu 2 - loculari; ſtaminibus parieti corollae affixis; calyce acuto

1a) corolla plicata, laciniis acutis; filamentis ſubulatis; ſtylo elongato; fructu baccato

A) calyce floris et fructus parvo, fructu ſicciore - - 216. CAPSICVM (*)

B) calyce floris tubulari aut ventricoſo, circa fructum ſuccoſum inflato, 5 gono, veſicario - - - - - - - 217. PHYSALIS.

1b) corolla non plicata, laciniis ovatis; fructu capſulari; ſtylo longitudine ſtaminum corolla breviorum, varie hirſutorum; genitalibus declinatis; antheris ſub - rotundis, compreſſis, filamentis ſubulatis; ſeminibus angulatis - - - - - - - 218. VERBASCVM.

bb) corolla infundibuliformi, tubuloſa, vel campanulata

α) calyce 8 - phyllo, foliolis aequalibus, ovatis, obtuſis, 5. inferioribus juxta ſe poſitis, 3. externe impoſitis; corolla hypocrateriformi, laciniis obtuſis; filamentis linearibus, compreſſis, inciſuris limbi impoſitis; ſtigmate obtuſo; capſula 3 - loculari, 3 - valvi, polyſperma - 219. DIAPENSIA.

β) calyce 5 - partito, 5 - fido, v. 5 - phyllo

 1) ſtig-

1) ſtigmate orbiculo ſingulari plano inſidente; filamentis brevibus, antheris ſagittatis; corolla hypocrateriformi, laciniis ſitu et forma obliquis, initio contortis; calyce parvo; fauce corollae coronata per fimbriam capillari - laceratam; ſtylo tereti, ſtigmatis orbiculo uncinulis 5. filamenta ſub antheris affigente, ſtigmate ſimplici; folliculis fructus 2. diſtinctis, intus longitudinaliter dehiſcentibus, polyſpermis; ſeminibus pappo coronatis - - - - - - 220. NERIVM. (*)

2) ſtigmate ſimplici, vel tantum 2 - lobo, non ſuſtentato

2a) calyce 1 - phyllo, tubuloſo, vel campanulato

A) fructu capſulari circumſciſſo, 2 - loculari; corolla campanulata, laciniis ſibi lateraliter incumbentibus, una plerumque reliquis latiore; flore plerumque deflexo, ſubirregulari, genitalibus inclinatis - 221. HYOSCYAMVS.

B) fructû valvato aut baccato

BA) corolla intus barbata fauce filamentis e tubi incurvi medio ortis ſubulatis, ibidem barbatis, occluſa; laciniis limbi obtuſis; ſtigmate 2 - fido; bacca 2 - loculari, polyſperma; ſeminibus reniformibus - - - - - 222. LYCIVM.

BB) corolla intus nuda

a) campanulata, ventricoſa, fructu baccato; ſtigmate ſimplici; filamentis ſubulatis e baſi corollae ortis, ſibi inferne approximatis; calyce tereti, vel angulato; fructu 2 - (interdum apparenter 1 - loculari) 3 - 5 - loculari, ſuccoſo, clauſo, vel ſicco, irregulariter dehiſcente, ſeminibus reniformibus - 223. ATROPA.

b) infundibuliformi, plicata,

α) limbo tubo contiguo, fere integro, 5 - dentato, acuminato; calyce 5 - gono, baſi fructum maturum ſuſtentante ſolum remanente, circumſciſſa; capſula 2 - valvi, receptaculis ſeminum 4 - diſtinctis - - - 224. DATVRA.

β) limbo corollae diſtincte plicato, 5 - fido; calyce teretiuſculo, toto perſiſtente; capſula apice ſolum 2 - 4 - valvi, coronato - dehiſcente, receptaculo tantum 2 - plici - 225. NICOTIANA. (*)

2b) calyce 5 - partito, vel 5 - phyllo, vel 5 - fido parvo; corolla tubuloſa v. infundibuliformi

A) ſtigmate ſimplici, capitato, ſtylo elongatiore ſtaminibus intra tubum, filamentis fere tubo aequalibus, antheris ſubrotundis; corolla verſus limbum ampliore; bacca ſicca clauſa, cortice fragili, carne ſpongioſa, ſemina 4. involvente - - - 226. IPOMOEA. (*)

B) ſtigmate 2 - fido; ſtaminibus tubo non longioribus; corolla erga calycem majore; filamentis ſubulatis, elongatis; ſtigmate vere 2-fido, 2 - lobo vel partito; laciniis ſ. foliolis calycis inaequalibus; antheris ſagittatis; capſula 2 - loculari; corolla tubuloſa, vel plerumque campanulata, limbo angulato - plicato; capſula (etiam 3-4 - loculari) loculis 1 - 2 - ſpermis - - - 227. CONVOLVVLVS.

bc) ger-

Digitized by Google

bc) germine 2 - lobo, corolla infundibuliformi vel tubuloſa; dimidio ſingulo germinis 2 - ſpermo, ſub - 2 - lobo; corolla clavata, tubo ſuperius diſtincte ventricoſo, et ſtaminifero; limbo parvo 5 - dentato; calyce profunde 5 - partito; filamentis brevibus, validis, antheris lanceolato - ſagittatis; fructu ſeminiformi duplici, ſingulo nuce ſicca 2 - loculari, 2 - ſperma - 228. CERINTHE.

bd) germine 4 - lobo, 4 - ſpermo; fructubus 4. ſeminiformibus; corolla 5 - fida; folliculis antherarum ſub - parallelis; calyce plerisque profunde 5 - partito, vel 5 phyllo

α) filamentis abbreviatis, corolla magis regulari, ſtigmate ſimplici, vel 2 - 4 - lobo, lobis obtuſis

αα) fauce corollae dentibus 5. validis inſtructa, ex oppoſito laciniis; antheris magnis, lanceolato ſagittatis

1) corolla clavata, limbo parvo, laciniis brevibus, reflexis; dentibus faucis e medio tubi exortis ſubulatis, muricatis, erectis, conniventibus; filamentis ſimplicibus - - - - - 229. SYMPHYTUM.

2) corolla rotata; dentibus ad baſes laciniarum obtuſis, brevibus, emarginatis; filamentis pone dente valido arrecto, antherae ſubparallelo, adauctis - - - - - - - 230. BORRAGO.

3) fauce corollae pulvinaribus 5. obtuſis, extus cavis, ad baſes laciniarum; antheris oblongis, parvis

1) corolla curvata, ſtigmate 2 - lobo, calyce fructus inflato - 231. LYCOPSIS.

2) corolla recta

2a) fructubus planatioribus

A) una cum calyce a latere compreſſis - - - 232. ASPERUGO.

B) ſuperne plano - depreſſis - - - - 233. CYNOGLOSSUM.

2b) fructubus magis incraſſatis

A) corolla infundibuliformi, tubo longo, priſmatico - 234. ANCHUSA.

B) corolla hypocrateriformi, tubo brevi, fere rotata, laciniis limbi emarginatis - - - - 235. MYOSOTIS.

αγ) fauce corollae nuda

1) corolla hypocrateriformi, limbi laciniis alternantibus cum 5 - laciniulis, ſ. dentibus; antheris parvis - - - 236. HELIOTROPIUM.

2) corolla infundibuliformi; calyce longiore vel aequali; antheris parvis

2a) calyce 5 - gono, 5 - dentato; ſtigmate emarginato - 237. PULMONARIA.

2b) calyce 5 - partito; ſtaminibus aequalibus, vel altitudine diverſis; ſtigmate 2 - 4 fido - - - - - 238. LITHOSPERMUM.

3) corolla campanulata, ventricoſa, laciniis parvis; antheris lanceolato - ſagittatis; ſtigmate obtuſo v. 2 - fido - - 239. ONOSMA.

β) filamentis elongatis ultra corollam campanulatam ſub - ringentem, inaequalem, ipſis inaequalibus, cum ſtylo declinatis, antheris parvis; calyce 5 - partito, ſtigmate 2 - fido - - - - 240. ECHIUM.

be) g e-

be) germine 5 - lobo, lobis polyſpermis; corolla integriore, plicata, obſolete 5 - loba, campanulata; calyce 5 gono, 5 - partito, laciniis cordatis, acutis; ſtylo cylindrico, ſtigmate capitato; fructubus 5 - drupaceis, ſingula nuce 3 - 5 - loculari, 3 - 5 - ſperma - - - - 241. Nolana. (*)

II. Monopetali ſuperi.

A) Corolla 5 - fida vel partita

AA) ſtylo 2 - fido, fructu 2 - ſpermo, 2 - lobo,

a) corolla infundibuliformi; calyce infero 2 - phyllo, ſupero nullo; laciniis corollae caudatis; fructu ſicco - - - - - - - (Crucianella.)

b) corolla campanulata; calyce ſupero 4 - dentato, infero nullo; fructu baccato - (Rubia.)

AB) folliculis antherae ſingulae ſimplicibus, ſerpentino ductu adnatis margini filamentorum, craſſiuſculorum, varie connatorum, fructu polyſpermo - - (Cucumis.)

AC) ſtylo ſimplici, antheris ſuetis

a) ſtigmate 2 - 3 - fido

aa) ſtaminibus juxta corollam baſi floris ſupra germen inſertis, capſula perforata, polyſperma; antheris linearibus

α) filamentis baſi diſtincte dilatatis, baſibus dilatatis in cupulam conniventibus, corolla minus profunde partita, marceſcente, fructui annexa; ſtigmate 3 - partito, laciniis revolutis; germine angulato; capſula 3 - 5 - loculari, lateraliter 3 - 5 - fora - - - - - - 242. Campanula.

β) filamentis baſi non conniventibus, corolla profunde, fere ad baſin usque partita; floribus ſaepius aggregatis

βα) antheris diſtinctis, liberis; ſtigmate 2 - 3 - fido, laciniis revolutis; ſtylo curvato; capſula 2 - 3 - loculari, 2 - 3. aperturis lateralibus - 243. Phyteuma.

ββ) antheris baſibus connexis; ſtigmate 2 - fido, (vel indiviſo, florum in medio congregationis ſaepe abortientium); capſula 1 - loculari, ſepimento in medio interrupto, receptaculo ſubgloboſo in baſi capſulae, apice foramine rotundo apertae - - - - - - 144. Jaſione.

ab) ſtaminibus corollae inſertis; germine non glanduloſo, ſtaminibus elongatis tubo impoſitis, calyce parvo, 5 - dentato; antheris linearibus; ſtigmate laciniis craſſiuſculis; corollae tubo elongato; bacca umbilicata; ſeminibus arillatis - 245. Coffea. (*)

b) ſtigmate ſimplici

ba) corolla tubuloſa

α) ſtaminibus coalitis, a corolla ſeparatis, antheris in cylindrum connatis, baſi 5 - fariam dehiſcentem; tubo corollae irregulari, ſuperne longitudinaliter fiſſo, laciniis 3. magis deorſis, 2. ſuperis magis arrectis; calyce inaequali; ſtigmate obtuſo, hiſpido; capſula loculis, valviſque 2 - 3, polyſperma, apice dehiſcente; ſeminibus minutis - - - - 246. Lobelia. (*)

β) ſtaminibus liberis, corollae adnatis; tubo integriore, 5 - partito; germine polyſpermo

βα) 1 - loculari, toto infero, ſtylo elongato; calyce parvo, 5 - fido; filamen-

lamentis elongatis corollae variae, ſaepe tubuloſae, ſub - irregulari fere aequalibus; ſtigmate obtuſo - capitato - - - 247. Lonicera.

ββ) 3 - loculari; filamentis elongatis; ſtigmate capitato

A) tubo corollae tenero, limbo regulari; antheris erectis, filamenti apici adnatis; germine 3 - gono; capſula 3. foraminibus ad baſin dehiſcente; ſeminibus numeroſis, minutis - - - 248. Trachelium.

B) corolla validiore, minus regulari; antheris demum incumbentibus; fructu baccato; ſeminibus majuſculis - - - (Lonicera.)

bb) corolla rotata vel campanulata; germine polyſpermo, 1 - loculari; calyce 5 - fido; corolla hypocrateriformi, tubo breviſſimo, ſquamis breviſſimis ad baſin limbi 5 - partiti obtuſi, antheras ſubſeſſiles tegentibus, eiscum conniventibus; ſtylo filiformi, ſtigmate capitato; capſula ſemi - 5 - valvi, receptaculo ſeminifero, magno, globoſo; ſeminibus exiguis - - 249. Samolus.

III. Polypetali.

A) Corolla 2 - petala, ſupera, petalo altero 5 - dentato, altero ſimplici, acuminato; ſtamine ſexto ſterili - - - - - - - (Musa.)

B) Corolla 5 - petala,

BA) infera

a) flore regulari, mutico; calyce 5 - fido, vel 5 - phyllo; ſtylo ſimplici, terminali, germine ſeſſili, ſtaminibus baſi non coalitis, germinis cingulo nullo, corolla ſimplici

aa) ſtylo praeſente, corolla diſtincta

α) fructu 2 - ſpermo, 2 - 4 loculari; ſtigmate obtuſo, 2 - fido; filamentis ſubulatis, apice curvatis; antheris ſubrotundis; glandula ſub germine compreſſo nulla, ſtylo brevi, columnari; filamentis baſi planiuſcula villoſis, receptaculo inſertis; calyce 5 - partito, acuto; capſula 2 - loculari, compreſſa, alato - marginata, clauſa, loculis 2 - ſpermis; ſemine tantum 1 - 2 adoleſcente - - - - - - - (Ptelea.) (*)

β) fructu 3 - (- 6) ſpermo, 3 - loculari, ſtigmate 3 - plici

βα) petalis longe pedicellatis, laminis cucullato - ſaccatis, compreſſis, obtutiſſimis; calyce turbinato, 5 - partito, connivente; filamentis ſubulatis, petalis oppoſitis, antheris ſub - rotundis; germine 3 - gono, ſtylo ſemi-3 - fido, ſtigmatibus obtuſis; bacca ſicca tuberculoſa - - 250. Ceanothus. (*)

ββ) petalis planatioribus, ſvetis; fructu capſulari, 3 - valvi; antheris ſvetae formae; calyce 5 - fido; petalis patentibus, margine revolutis; ſtaminibus liberis; germine receptaculo 10 - ſtriato immerſo; ſtigmate obtuſo, 3 - fido; calyce parvo, laciniis patentibus vel erectis; capſula colorata, carnoſo - coriacea, gibba; ſeminibus arillatis, (interdum 2. in loculo) - - - - - - - 251. Celastrus. (*)

γ) fructu 5 - ſpermo

γα) ſtigmate ſimplici, filamentis ſubulatis; petalis obtuſis; ſeminibus arillatis; antheris didymis; germine acuminato, ſtylo brevi; capſula 5 - go-

na, carnoſo-coriacea, colorata, 5-valvi; arillis ſeminum carnoſo-baccatis - - - - - - - 252. EVONYMUS.

γβ) ſtigmate 5-fido, germine 5-lobo, ſtylo diſtincto, ſurſum decreſcente; petalis glandulis interſtinctis; calyce 5-phyllo; filamentis 5. inſuper ſterilibus; loculis, ſimul cum ſemine incluſo et proceſſu ariſtaeformi piloſo, a columella centrali elaſtice diſſilientibus - - (GERANIUM.)

ab) ſtylo nullo; corolla diſtincta; germine polyſpermo; fructu 1-loculari, baccato, 5-ſpermo; ſeminibus turbinato-cordatis, uno, alterove abortivo; germine 5-ſpermo, ſub-5-loculari; calyce 5-dentato, minimo; petalis apice ſaepe cohaerentibus, mox caducis; ſtigmate capitato; filamentis ſubulatis - 253. VITIS.

ac) corolla erga calycem depauperata; petalis ſquamiformibus, calycis ſinubus inſertis; ſtaminibus ad baſin petalorum inſertis; ſtylo brevi, incraſſato; calycis laciniis acutis

α) calycis ore piloſo; petalis punctiformibus, minutiſſimis; floribus ſuper receptaculum commune in diſcum collectis; capſula calyce incluſa et coronata, 3-loculari; 3-partibili, diſſiliente in 3. folliculos, ſ. loculos 1-ſpermos - 254. PHYLICA.

β) calycis ore non piloſo; petalis ſquamiformibus, diſtinctioribus; bacca 2-3-ſperma, drupacea; ſemine ſingulo nucula oſſea incluſo - 255. RHAMNUS.

b) flore calcarato; filamentis breviſſimis, antheris craſſis, magnis, ſaepe connexis; fructu capſulari, 1-loculari, polyſpermo; ſeminibus teretibus vel globatis.

ba) petalis omnibus calcaratis (*Violae Peloria*, proles hybrida, ut jam ſupra memorata Peloria Antirrhini)

bb) petalo unico calcarato, calyce 5-phyllo; ſtylo praeſente; capſula 3-valvi; antheris apice membranaceis; ſeminibus parieti valvularum affixis - 256. VIOLA.

bc) calcare a petalis diſtincto, ea baſibus excipiente; calyce 2-phyllo; ſtylo nullo; antheris non marginatis; capſula elaſtica 5-valvi; ſeminibus receptaculis filiformibus annexis - - - - - - 257. IMPATIENS.

c) flore irregulari, mutico; fructu leguminoſo; genitalibus deflexis; calyce 5-phyllo; petalis inferioribus majoribus, magis diſtantibus; antheris roſtratis, apice biforis, ibi dehiſcentibus; filamentis 10. quorum 5. majora, antheris fertilibus, 5. minora, antheris depauperatis; germine pedicellato; legumine polyſpermo, ſeminibus ſingulis per ſepimenta horizontalia disjunctis - - (CASSIA.)

BB) ſupera; calyce ſolum partiali, 5-partito, vel 5-phyllo

a) laciniis calycis pennatis; foliolis involucri florum plurium partialis 4. univerſalis 8. ſimiliter pennatis; petalis 2-cornibus; ſtigmate 2-plici, altero truncato; filamentis capillaribus, antheris ſub-rotundis; fructu ſeminiformi, per abortum ſeminis alterius 1-ſpermo, coronato - - - - - 258. LAGOECIA.

b) laciniis calycis ſimplicibus

ba) germine 1-loculari, 1-vel polyſpermo; petalis depauperatis; inciſuris calycis majoris, campanulati, colorati, inſidentibus; filamentis cum iisdem alternis; ſtylo 2-fido, ſtigmatibus 2. obtuſis; filamentis ſubulatis, antheris incumbentibus, compreſſis; laciniis calicis reflexis; bacca ſuccoſa, polyſperma, ſeminibus parieti in receptaculis 2. oppoſitis affixis - - - - 259. RIBES.

bb) ger-

bb) germine 5 - ſpermo; calyce 5 - dentato, perſiſtente, parvo; filamentis ſubulatis juxta-dentes calycis inſertis, antheris ovatis; germine intra florem tumente, ſtylo brevi, papilliformi; bacca ſcutato - coronata - - 260. HEDERA.

IV. INCOMPLETI.

A) Flore infero

AA) calyce duplici, foliolis lanceolatis, plus vel minus coloratis, extero 3 - phyllo, interiore 5 - phyllo, perſiſtente

a) germine 1 - ſpermo, valvulis 5. apice barbatis, concavis, deciduis cincto; ſtigmate 2 - fido, villoſo; ſtylo et filamentis filiformibus; capſula clauſa, ſemen oblongum recondente - - - - - - 261. ACHYRANTHES.

b) germine 1 - ſpermo, ſtylo ſemi - 2 - fido, ſtigmate ſingulo ſimplici; foliolis calycis externi 2. carinatis, oppoſitis, flore inde compreſſo, ancipiti, 3^{io} parvo; foliolis calycis interni ſubulatis, rudibus, villoſis; filamentis connatis in tubum, ore 5 - dentatum, cylindraceum, flori aequalem, ore antheris, intus ibi ſubſeſſilibus, erectis, clauſo; capſula circumſciſſa; ſemine ſub - rotundo, apice obliquo - - - - - - - 262. GOMPHRENA. (*)

c) germine polyſpermo, ſtigmate ſimplici, vel 3 - plici; ſtylo et filamentis ſubulatis, his baſi 1 - adelphis, circa germen in cingulum coalitis; capſula 1 - loculari, circumſciſſa, ſeminibus ſubrotundis, emarginatis - - - 263. CELOSIA. (*)

AB) calyce ſimplici, 5 - partito vel 5 - phyllo. Rhamnus et Phylica, petalis depauperatis neglectis, erronee huc reponerentur.

a) ſtigmate ſimplici filamentis elongatis

aa) fructu 1 - loculari, receptaculo globoſo, maximo, ſemina 5. intra capſulam 5 - valvem recipiente; calyce 5 - partito, campanulato, laciniis revolutis; filamentis ſubulatis, antheris ſub - rotundis; ſtylo filiformi, ſtigmate capitato - 264. GLAUX.

ab) fructu leguminoſo, pulpa transverſim ſemina disjungente, compreſſo, polyſpermo; filamentis ſubulatis, antheris didymis; ſtylo filiformi, ſtigmate capitato; calyce 5 - partito - - - - - - 265. CERATONIA. ☿

ac) fructu 1 - ſpermo, ſeminiformi - - - - - (CHENOPODIUM.)

b) ſtigmate 2 - plici, 3 - plicive, ſtaminibus tantum 5. fertilibus, fructu 1 - ſpermo

ba) filamentis ſubulatis; calyce 5 - phyllo, perſiſtente; fructu ſeminiformi

α) antheris ſub - rotundis; ſtylo elongato, 2 - partito; fructu erecto, 3 - quetro, vel compreſſo - - - - - - (POLYGONUM.)

β) antheris didymis; ſtylo 2 - partito, brevi, ſtigmatibus reflexis; fructu orbiculari, depreſſo - - - - - - 266. ATRIPLEX. ☿

bb) filamentis capillaribus; fructu capſulari; ſtylo abbreviato 2 - fido, ſtigmatibus obtuſis; calyce 5 - phyllo; capſula 5 - valvi; ſemine ſub - rotundo - 267. ILLECEBRUM.

B) Flore ſupero; ſtylo indiviſo, ſtigmate ſimplici obtuſo, craſſiuſculo, erecto, ſtaminibus aequali; filamentis ſubulatis, erectis; calyce 5 - partito, patente; nuce ſicca, 1 - ſperma - - - - - - - - - 268. THESIUM.

Digitized by Google

D I G Y N I A.

A) Floribus inferis.

AA) germine duplici, ſuperne ſtigmate ſimplici, communi, coniuncto; ſtaminibus piſtillo arcte annexis; fructu 2 - folliculari, folliculis interne longitudinaliter dehiſcentibus, 1 - locularibus; ſeminibus imbricatim poſitis, pappo coronatis; calyce parvo.

a) antheris ſvetis, 2 - follicularibus magnis, ſagittatis; filamentis validis, brevibus, diſtinctis, cum quibus in baſi floris 5. glandulae globoſae alternant; ſtigmate capitato - globato; corolla campanulata, laciniis revolutis - - 269. APOCYNUM.

b) antheris ſvetis, 2 - follicularibus, barbatis; filamentis validis, incraſſatis, diſtinctis; ſtigmate depreſſo, 5 - gono, in angulis (inter latera, antheris appreſſa) corpuſculis glandularibus impoſitis, inferne libere et forma ſacculi dependentibus, pollen recipientibus, aucto; corolla rigida rotata, laciniis linearibus, truncatis, emarginatis; quae baſi cum filis incurvis, calyci oppoſitis, alternant - 270. PERIPLOCA. (*)

c) antheris ſeſſilibus, 2 - alatis; 2 - follicularibus, folliculo ſingulo inani, aperto, non pollinifero; ſtigmate depreſſo, 5 - gono; angulo ſingulo gerente glandulam punctiformem geminatam, utrinque clavulam ſolidam corneam exſerentem, termino craſſiore in folliculum alterum proxime adjacentis antherae libere inſertam; germinibus intra clauſtrum membranaceum, a ſtigmate deorſum continuatum, latentibus; corolla abſque tubo;

aa) corpuſculis 5. acceſſoriis intra corollam ſimplicibus, pulvinatis, vel ſaccatis, cornu exſerentibus, cum laciniis corollae alternis, tergo antherarum impoſitis. - - - - - - - 271. ASCLEPIAS.

ab) corpuſculis 10. acceſſoriis, conjunctis; 5. emarginatis vel 2 - lobis, laciniis corollae oppoſitis; 5. cum corolla alternis, pone antheras poſitis, 2 - partitis: parte altera interiori erecta, altera exteriore, patente.

α) corpuſculis omnibus petalino - foliaceis; emarginatis brevioribus; alteris, cum corolla alternis, folio utroque 2 - angulari, acuto: exteriore emarginatis longiore, interno, proxime ſupra antheram, eis breviore, - - 272. CYNANCHUM. (*)

β) corpuſculis emarginatis foliaceis, elongatis; corpuſculis cum corolla alternis, non foliaceis, ſed in 2. cornua, ſeu crura, partitis, - - 273. STAPELIA. (*)

AB) germine ſimplici.

a) flore 1 - petalo; germine polyſpermo.

aa) 1 - loculari; ſtigmate duplici, ſeſſili; capſula 2 - valvi; filamentis ſubulatis; calyce ſpecioſo.

α) corolla rotata, ad baſin ſingulae laciniae intus ſcrobiculo excavata, ſetis parvis cincto; ſeminibus orbicularibus, membranaceo - compreſſis, margini utroque ſingulae valvulae affixis. - - - - - 274. SWERTIA.

β) corolla varia, ſaepius tubuloſa, receptaculo adnata; ſeminibus ellipticis, utrinque attenuatis, parieti valvularum internae affixis - - 275. GENTIANA.

ab) 2 - loculari, ſtylo ſtigmateque 2 - plici; filamentis ſubulatis, ſquamis 5. ad baſin ſtaminum corollae adnatis, linearibus, 2 - fidis; corolla ovata, calyce etiam 5 - fido, paullo minore, quam corolla; antheris ſub - rotundis, ſtylis erectis,

Digitized by Google

erectis, ſtigmate ſingulo ſimplici; capſula carnoſa circumſciſſa, loculo ſingulo 2-ſpermo - - - - - - - (Cvscv-ta.)

b) flore 5-petalo, calyce vix corolla minore pleriſque

ba) petalis receptaculo iuxta calycem et genitalia inſertis; fructu polyſpermo; petalis

α) rotundatis, vel oblongis ſeſſilibus; foliolis calycinis colore et magnitudine fere aequalibus; germine 2-lobo; filamentis validis, ſubulatis - (Staphylaea)

β) breviſſimis, emarginato-2-dentatis, unguibus filiformibus affixis, calycis longitudine; calyce filiformi, 5-gono, ore 5-dentato; filamentis capillaribus, antheris cordatis; germine cylindrico, ſtylis filiformibus, ſtigmate ſingulo ſimplici; capſula 1-loculari, polyſperma, ſeminibus unica fere ſerie impoſitis - - - - - - - 276. Velezia.

bb) petalis calyci marginaliter inſertis, depauperatis, calyce fere minoribus

α) ovato linearibus; calycis laciniis obtuſis; germine ſemi-2-fido, deſinente in ſtylos ſubulatos; filamentis linearibus, calyci oppoſitis, antheris ſubrotundis; capſula 2-roſtri, roſtris reflexis, 2-loculari, polyſperma - 277. Heuchera.

β) oblongis, ſquamiformibus; calycis laciniis acutis; ſtylis duobus; filamentis ſubulatis, petalis oppoſitis; fructu drupaceo, nucleo 2-loculari - (Rhamnus *Zizyphus.*)

c) flore incompleto, calycino; germine 1-ſpermo -

ca) calyce 2-phyllo, germine fructuque compreſſo - - (Corispermum.)

cb) calyce 5-fido, vel 5-phyllo

α) ſtaminibus 5 fertilibus, tantum praeſentibus

αα) ſtigmate ſtyloque laevi, germine laevi

1) ſemine cochleato-ſpirali intra fructum, calyce ampliato cinctum; bracteis extra calycem nullis, calyce 5-partito ſolo cingente et recondente fructum ſiccum, capſularem, clauſum - - 278. Salsola.

2) ſemine ſimpliciore

2a) antheris magnis, calyce brevioribus, cavo ſingulae laciniae calycinae apice obtuſo-calloſae incumbentibus; ſtigmate ſeſſili 2-partito; fructu ſeminiformi, globoſo, compreſſo, roſtellato-acuminato intra calycem clauſum, craſſato-induratum, 5-gonum, 5-coſtatum recondito - - - - 279. Beta.

2b) antheris erga calycem parvis, eo plerumque longioribus

A) fructu ſeminiformi, lenticulari, orbiculato, ſub-roſtellato, depreſſo; laciniis calycis ſibi margine appoſitis, (ſtaminibus eis oppoſitis?) calyce circa fructum clauſo, 5-gono, 5-coſtato, deciduo, per ſe a fructu ſeparabili - - - 280. Chenopodium.

B) fructu ſeminiformi, compreſſo (vel 3-quetro), acuminato, laciniis calycis ſibi marginaliter impoſitis - - (Polygonum.)

αβ) ſtylis ſtigmatibusve pubeſcentibus, hirſutis

1) filamentis calyce minoribus; ſtylis longiſſimis, varie inflexis, undique pubeſcentibus; drupa globoſa, nuce ſubrotunda - 281. Celtis.

2) filamentis calyce (duplo) longioribus; ſtigmate 2-partito, ſeſſili, laciniis

Digitized by Google

ciniis patenti - reflexis, ſuperne pubeſcentibus; capſula ſeminiformi, 1 - ſperma, compreſſa, clauſa, utrinque membranaceo - alata - 282. VLMVS.

β) ſtaminibus inſuper ſterilibus 5. calyci alternis; calyce 5 - partito, intus colorato; ſtigmate utroque acuto; capſula 1 - ſperma - - 283. HERNIARIA.

B) Floribus ſuperis; germine 2 - ſpermo; fructu ſeminiformi 2 - partibili, dimidiis extus convexis, intus planis

a) calyce 2 - phyllo; ſtigmatibus pubeſcentibus, ſtylo nullo; petalis 5. revolutis; filamentis capillaribus; flaccidis, antheris ſimplicibus, oblongis; ſeminis embryone magno pedunculato, plumula cordata; floribus paniculatis - - 284. PHYLLIS. (*)

b) calyce 5 - phyllo, 5 - dentato, vel obſoleto ſub - integro; germine intra corollam ſuperam, caducam, 5 - petalam, floſculoſam, vel radiantem, petalis incurvis, duabus glanduloſis pulvinaribus ornato, et inter ea 2. ſtylos, ſtigmate ſingulo terminali, exſerente (floribus accedentibus interdum abortivis germine vix ullo, ſtylis depauperatis); filamentis etiam incurvis, cum petalis alternis, antheris cordatis, ovatis vel oblongis; fructus (ſeminum numerus binarius interdum in Sanicula, Tordylio, abortu ſimplex) ſingulo dimidio extus in dorſo 3- lineato, ſeminis embryone parvo, terminali; floribus umbellatis, vel contractione capitatis (*Umbellae*).

ba) notis ſingularibus diſtinctae; umbella radios pedunculorum exſerente ſimplici, vel floribus capitato - aggregatis (285 — 288.); calyce germinis inſigni, fructum coronante (289. 290.); involucro umbellulae ipſa majore (291. 292.); involucro umbellulae dimidiato, ſ. ſecundo, triphyllo (293 — 296.); et involucris pinnatifidis (297 — 298).

α) umbella radiante ſimplici, vel floribus capitato - aggregatis

αα) petalis integris; umbella plane ſimplici, non ulterius diviſa; calyce vix ullo; floribus umbellae fertilibus, involucro ſaepius 4 - phyllo; fructu ſub - rotundo, ſub - didymo, a latere commiſſurae dimidiorum compreſſo, utrinque 3 - coſtato - - - - - 285. HYDROCOTYLE.

αβ) petalis inflexis, dorſo cavo - carinatis; inde quaſi emarginatis

1) fructu hiſpido, umbella radiis paucis, radio ſingulo flores ſubſeſſiles in capitulum colligente; ſtylis et filamentis elongatis; petalis erecto-conniventibus, corollis ſub - clauſis

1a) calyce 5 - phyllo corollam ſuperante; floribus fertilibus, receptaculo conico impoſitis; baſi involucro polyphyllo cincto; capitulis ſolitariis, vel radiis umbellae pauciflorae, foliis involucratae, terminantibus; ſetis fructus porrectis - - - - - - 286. ERYNGIVM.

1b) calyce 5 - dentato, corolla breviore; floribus capituli mediis abortivis; capitulo ſubglobato ſingulo involucro, floſculis breviore, ambiente, cincto; inſidente radio umbellulae 3 - 4 radiatae, baſi, ſic ut umbella, hos radios interdum fulciens, involucro laterali 3-phyllo cinctae; ſetis fructus apice introrſum uncinato incurvis - 287. SANICVLA.

2) umbella plane ſimplici, involucro nullo, vel foliolis paucis conſtante; fructu hiſpido - - - - - - 288. TORDYLIVM.

β) ca-

β) calyce germinis inſigni, fructum coronante; petalis carinato-inflexis; ſtylis conico-ſubulatis, baſi lata calloſa florem replentibus; fructu oblongo; radiis umbellulae abbreviatis, umbellae paucis. (Huc et referenda genera Eryngium, Coriandrum, Aſtrantia, ſuis autem notis peculiaribus diſtincta; Oenanthes flores capitati non confundendi cum ullo genere praecedente.)

βα) floribus marginalibus umbellae petalis extrorſum radiantibus abortivis, mediis fertilibus; involucro utroque praeſente, polyphyllo - - 289. OENANTHE.

ββ) floribus umbellulae ſub-aequalibus, paullo minus radiantibus, fertilibus omnibus, mediis minoribus; involucro univerſali nullo, partiali 6-8-phyllo - - - - - 290. PHELLANDRIVM.

γ) involucro umbellulae foliaceo, ipſam ſuperante; floribus floſculoſis, aequalibus.

γα) involucro umbellulae, copioſiſſime radiatae, polyphyllo, foliolis (20.) coloratis, lanceolatis; umbella radiis paucis (3.), foliolis circiter 6., minus coloratis, cincta, floribus umbellulae mediis fertilibus; germine transverſe rugoſo vel ſcabrato, ſtylis elongatis; reliquis abortivis ſtylo germineque nullo; utriſque calyce 5. phyllo, in fertili perſiſtente, petalis carinato-inflexis - - - - - - 291. ASTRANTIA.

γβ) involucro umbellulae vix 10. radiis inſtructae foliolis circiter 5. ovatis, radiis umbellae 10. paucioribus; involucro polyphyllo, minore; floribus omnibus fertilibus; calyce obſoleto; petalis (luteis) dorſo planiuſculis; ſtylis abbreviatis, germine fructuque ſuperficie non ſcabrata - 292. BVPLEVRVM.

δ) involucro umbellulae 3-phyllo dimidiato, ſeu unilaterali extrorſo (Huc et Species Heraclei, Apii, Cumini et Pimpinellae; etiam Artedia ſequentis diviſionis, ſed foliis involucri pinnatis). Petala inflexo-emarginata.

δα) involucro umbellae univerſali etiam praeſente

1) floribus radiatis; omnibus fertilibus, vel in diſco maſculis; rudimento immo accedente depauperato umbellulae centralis; fructu compreſſo fertilium orbiculato, margine crenulato; dimidio altero interdum abortu in floribus interioribus ſolum remanente, bullato - - 293. HASSELQVISTIA.

2) floribus floſculoſis aequalibus, umbella utraque copioſe radiata; involucro umbellae polyphyllo; calyce obſoleto; fructu craſſiuſculo, 8-coſtato, coſtis acutis, membranaceis, crenatis - - 294. CONIVM.

δβ) involucro umbellae univerſali nullo

1) calyce obſoleto; ſtylis parvis intra pulvinaria ortis; floribus tantum ſub-radiatis, fertilibus omnibus; fructu compreſſiuſculo, marginibus dilatatis - - - - - - - - 295. AETHVSA.

2) calyce 5-fido; ſtylis conico-ſubulatis, baſi tumida florem replentibus; floribus valde radiantibus, mediis umbellulae abortivis; fructu globato, coſtato, obſolete calyce et ſtylis coronato - 296. CORIANDRVM.

ε) foliolis involucri vel involucelli pinnatis, vel 3-fidis; petalis inflexo-emarginatis

εα) floribus radiatis, floſculis diſci abortivis; fructubus craſſiuſculis, ſetis porrectis (interdum glochideis) hiſpidis; involucro univerſali umbellae ſub-

Digitized by Google

ſub - aequali, polyphyllo, foliolis linearibus, pinnatifidis; partiali ſimpliciore, aequali umbellulae; umbellis florentibus planis, fructiferis convergentibus - - - - - - 297. DAVCVS.

aβ) floribus floſculoſis, fertilibus; fructu craſſiuſculo, muricato, vel laevi; umbella utraque conferta, multiradiata; involucro univerſali foliolis pinnatifidis, vel 3 - fidis; partiali foliolis ſimplicibus, utroque radiis breviore - - - - - - - 298. AMMI.

bb) non priorum; ſed umbella utraque radiata praeſente; floribus pedunculatis; calyce minuto vel obſoleto; involucris umbellulae minoribus, foliolis nec pinnatifidis, nec ternarie dimidiatis

α) involucro utroque praeſente

αα) floribus in margine umbellae radiantibus, petalis inflexo - emarginatis

1) umbella parce radiata; radiis umbellulae et foliolis involucri partialis pluribus; germine hiſpido; calyce 5 - dentato; floribus mediis abortivis; fructubus florum marginalium radiantium muricatis - 299. CAVCALIS.

2) umbella copioſe radiata; involucro utroque polyphillo, univerſali caduco; fertilitate florum varia; fructu compreſſo, elliptico, fere foliaceo, marginato - - - - - - 300. HERACLEVM.

αβ) floribus floſculoſis aequalibus, plerumque omnibus fertilibus

1) petalis integris, non carinatis, inflexo - emarginatis, umbellis plerumque convexis

1a) involucro univerſali 5 - phyllo; ſtylis intra florem craſſo - ſubulatis; floribus fertilibus, fructu craſſiuſculo, ſtriato, villoſo; coronato 301. BVBON.

1b) involucro univerſali polyphyllo; ſtylis inter glandulas binas pulvinatas germinis erumpentibus; floribus ſaepe luteis, fructu compreſſo, ſub - foliaceo; involucris firmioribus,

α) foliolis involucelli paucioribus (4 - 5.) - - 302. LIGVSTICVM.

β) foliolis involucelli pluribus (6.) - - - 303. CRITHMVM.

2) petalis planiuſculis, ob - cordatis; umbella patente; involucris utrisque polyphyllis, univerſali reflexo; fructu membranaceo - marginato - 304. SELINVM.

3) petalis inflexis, carinatis, emarginatis

3a) umbellae radiis paucis rarioribus, tamen pluribus quam 4.

A) umbella patente; floribus albis; fructubus craſſiuſculis, oblongis, angulatis, ſtylis perſiſtentibu reflexis - - - 305. SIVM.

B) umbella elongata; floribus luteis, fructubus compreſſis, ſubfoliaceis, ſtylis exiguis, papillaribus - - - 306. PEVCEDANVM.

3b) umbellae floribus confertis, denſe aggregatis

A) fructu compreſſo, ſub - foliaceo - - - (HERACLEVM.)

B) dimidio ſingulo dorſo 3 - ſtriato, margine membranaceo, productiore

BA) involucri foliis paucioribus vel caducis (3 — 5.) - 307. ANGELICA.

BB) involucri foliis pluribus - - - 308. ATHAMANTHA.

C) fru-

C) fructus dimidio ſingulo coſtis vel membranis alaribus, 2. in dorſo, 1. in ſingulo latere, umbella copioſiſſime radiata; (univerſali radiis circiter 40.) - - - - 309. LASERPITIVM.

D) fructu craſſiuſculo; ſtylis ſubulato - conicis, baſibus tumidis florem replentibus; involucris polyphyllis; radiis umbellae paucioribus quam 20. - - - - 310. BVNIVM.

β) involucro tantum partiali praeſente (Huc et ſpecies Apii, Bunii, Heraclei, Angelicae). Petala inflexo - emarginata

βγ) involucro polyphyllo, foliolis ſetaceis; floribus fertilibus. Corollae minus radiantes

1) fructu craſſiuſculo, non marginato - - - 311. CICVTA.

2) fructu utrinque late marginato - - - 312. IMPERATORIA.

ββ) involucro foliolis 5. latiuſculis, abbreviatis; floribus plus vel minus radiatis, diſci umbellae ſaepius abortivis; fructu elongato, in roſtrum tenuato

1) utraque umbella aequali fere numero radiata - - 313. CHAEROPHYLLVM.

2) umbellula erga umbellam copioſius radiata - - 314. SCANDIX.

βγ) involucro ex 1. alterove folio, vel pluribus connatis; floribus floſculoſis fertilibus - - - - 315. SESELI.

γ) involucro nullo: floribus floſculoſis (Huc et ſpecies Heraclei et Coriandri)

γα) petalis inflexis, ſed integris, non carinatis

1) fructu compreſſo, dilatato; floribus omnibus fertilibus

1a) cincto margine anguſto, ſub - contiguo, (floribus luteis;)

A) glabro - - - - 316. PASTINACA.

B) dorſo coſtato - - - 317. ANETHVM.

1b) cincto margine lato, ſupra infraque per ſinum diviſo - 318. THAPSIA.

2) fructu craſſiuſculo, coſtato; floribus non ſemper fertilibus - 319. APIVM.

γβ) petalis inflexo - emarginatis, fructu craſſiuſculo

1) ſtigmatibus globoſis; petalis apice etiam emarginatis - 320. PIMPINELLA.

2) ſtigmatibus ſimplicibus; petalis apice acutis - 321. CARVM.

C) floribus hermaphroditis, germine nullo, nec ſuperis, nec inferis, ſtylis ſolum inſtructis; flore fertili accedente ſolum foemineo; umbellulis floribus pedunculatis in ambitu abortivis; flore centrali foemineo ſeſſili; involucro partiali 1 - phyllo, 6 - fido, acuto, ſpinoſo, cum pedicellis abortivis et fructu (proprio abortu) 1 - ſpermo, perſiſtente, indurato; involucro umbellae univerſali, radiis paucis acutis - 322. ECHINOPHORA.

TRIGYNIA.

A) Flore 5 - petalo

AA) germine ſeſſili

a) 1 - ſpermo; calyce 5 - phyllo, vel 5 - fido

F aa) pe-

aa) petalis integris

α) calyce erga corollam minore, 5 - partito; ſtylis nullis, ſtigmatibus cordatis, parvis; calyce perſiſtente; petalis ovatis; filamentis breviſſimis; fructu baccato - - - - - - 323. Rhus. (*)

β) calyce corollae aequali, 5 - phyllo, foliolis concavis; petalis patentibus, magis planatis; filamentis corolla brevioribus; ſtylo nullo, ſtigmate ſingulo nodiformi, obtuſo; nuce 3 - quetra, ſemine intra eam ſub - globoſo, e funiculo aſſurgente pendulo - - - - - - 324. Corrigiola.

ab) laminis petalorum 2 - partitis, unguibus anguſtis, prope laminas duplici dente coronatis; calyce tubuloſo, ſemi - 5 - fido; ſtaminibus corolla aequalibus, ſtylis 3. filiformibus; capſula circumſciſſa, ſemine reniformi - 325. Drypis.

b) 3 - ſpermo, ſtylis 3.; petalis erga calycem parvis, ſquamiformibus; drupa calycis margine membranaceo cincta; nuce 3 - loculari - - (Rhamnus *Paliurus.*)

c) polyſpermo

ca) multiloculari (3.)

α) calyce corollae ſub - aequali, etiam colorato; ſtaminibus, e fundo floris urceolato - glanduloſo, ſubulatis; germine 3 - plici ſeu 3 - partito, ſtylis 3. ſtigmatibus obtuſo - capitatis; capſula 3 - loculari, flaccida, inflata, apice 3 - partita, lobis introrſum dehiſcentibus; ſeminibus in loculo 2. globoſo-truncatis, altero plerumque abortivo - - - 326. Staphylaea. (*)

β) calyce minore erga corollam; glandula germina fulciente nulla, vel germine ſimplici ſtylo nullo; calyce 5 - partito, ſeminibus aliquot magnis, arillo involutis; ſtaminibus ſubulatis; petalis ſeſſilibus - - (Celastrus.) (*)

γ) calyce nullo; germine 3 - plici, interne connexo; ſtylis 3. brevibus, divaricatis, in quos ſingulus lobus abit, 3 - corni; filamentis linearibus, validis, antheris transverſe apertis - - - - (Veratrum.)

cb) 1 - loculari, 3 - valvi, capſulari

α) ſtylis nullis

αα) ſtigmatibus obtuſis vel plumoſis, oblongis, revolutis; calycis 5 - partiti laciniis (acutis) erectis; petalis (obtuſis) patentibus; filamentis capillaribus, antheris ſub - rotundis; ſeminibus pappo ſtipitato longo, ramoſo, terminatis, inſidentibus lineae mediae parietali valvulae ſingulae, ad baſin valvulae tumeſcenti - - - - - 327. Tamarix.

αβ) ſtigmatibus acutis, teneris, patentibus; calyce 5 - phyllo, corollaque patente, utrisque acutis; filamentis ſubulatis, antheris incumbentibus; ſeminibus ſub - rotundis, receptaculo libero in fundo capſulae affixis - - - - - - - - 328. Telephium.

β) ſtylis 3.; petalis receptaculo inſertis; calyce 5 - phyllo; filamentis capillaribus; ſtylis filiformibus; ſeminibus ſub - rotundis

βα) petalis calyce longioribus; foliis calycinis oblongis acuminatis; ſtigmatibus obtuſis - - - - - - 329. Alsine.

ββ) petalis calyce minoribus; foliis calycinis ſubulatis, rigidiuſculis; ſtigmate ſingulo paullo incraſſato - - - - - (Minuartia.)

AB) in-

AB) intra florem pedunculatô germine in apice columnae cylindraceae, ſub germine filamenta, nunc primum libera, emittente, antheris incumbentibus, oblongis; ſtylo ſingulo verſus terminum craſſiore, ſtigmate capitato; calyce corollae ſub-aequali, etiam colorato; corona fimbriata, aut annulo membranaceo accedente, columnam intra corollam cingente; bacca 1-loculari, ſemina arillata in 3. lineis parietalibus affigente, pedicellata - - - - - - 330. PASSIFLORA. (*)

B) Flore 1-petalo

BA) ſupero; ſtylo nullo, germine intra calycem 5-dentatum, parvum, prominente; ſtaminibus cum corolla alternis, majuſculis, corollae rotatae vel campanulatae aequalibus; fructu baccato

a) 1-ſpermo, ſemine compreſſo, ſub-rotundo - - - - 331. VIBVRNVM.

b) 3-ſpermo, ſeminibus hinc convexis, inde angulatis, oblongis - 332. SAMBVCVS.

BB) infero

a) corolla abbreviata, germine

aa) 1-ſpermo; corolla colorata, carnoſa, ſed calycino-perſiſtente, demum baccata, urceolata, 7-fida, ſuperne connivente, laciniis ſibi inaequaliter impoſitis; filamentis ſubulatis, antheris ſub-rotundis; germine ſubgloboſo, ſtylis filiformibus, ſtigmate ſingulo apici ſtyli interne adnato; fructu ſeminiformi, globoſo, corolla baccata veſtito - - - 333. BASELLA. (*)

ab) 3-ſpermo; filamentis laciniis corollae oppoſitis, antheris parvis; calyce 3-phyllo; ſtylis 3. villoſis, ſtigmate ſingulo ſimplici, corollae laciniis ſtaminiferis, 3. alternis minoribus; filamentis capillaribus; capſula 1-loculari, 3-valvi - - - - - - - (MONTIA.)

b) corolla longiſſima, tubo anguſto, limbo dilatato; ſtaminibus in ore tubi; ſtylis ultra tubum prominentibus, longiſſimis, germine in fundo corollae nudae radicali; capſula 3-loculari, polyſperma - - - - (COLCHICVM.)

C) Flore incompleto

CA) germine polyſpermo, 3-loculari; capſulae loculo ſingulo polyſpermo, calyce 5-phyllo, foliolis ſub-ovatis, intus coloratis, margine tenui cinctis; filamentis ſubulatis, calyci aequalibus, antheris baſi 2-fidis; germine 3-gono, ſtylis filiformibus, calyci aequalibus, ſtigmate ſingulo obtuſo; ſeminibus numeroſis, nitidis, orbiculatis, depreſſis, margine acuto cinctis - - - 334. PHARNACEVM.

CB) germine 1-ſpermo

a) ſemine cochleato - - - - - - (SALSOLA.)

b) ſemine ſimpliciore

bb) fructu compreſſo - - - - - (BETA.)

bc) fructu depreſſo - - - - - (CHENOPODIVM.)

TETRAGYNIA.

A) Corolla 5-petala, capſula 1-loculari, polyſperma

AA) corpuſculis 5. ſquamiformibus, ſpecioſe ciliatis, ciliis capitatis, intra petala acceſſoriis, cum ſtaminibus alternis; petalis dilatatis, patentibus; calyce 5-partito; fila-

Digitized by Google

filamentis validis, ſubulatis, antheris oblongis; germine vertice ſubhiante, ſtigmatibus 4. ſeſſilibus, capſula 4 - valvi, valvula ſingula receptaculo parietali elato longitudinaliter ſeminifera; ſeminibus ſcobiformibus, minutis, oblongis, reticulato-arillatis - - - - - - - - 335. PARNASSIA.

AB) corpuſculis acceſſoriis nullis; ſtylis 4.; petalis oblongis, 2 - partitis; capſula apice tantum 6 - valvi - - - - - - (HOLOSTEVM.)

B) Corolla rotata, 1 - petala; fructu 4 - loculari; ſtylis nullis, ſtigmate ſingulo obtuſo; calyce 5 - dentato; fructu baccato - - - - - (ILEX.)

PENTAGYNIA.

A) Germine ſimplici, ſupero, ſtylis 5. flore corollino 5 - petalo, rarius (Statice, Linum) baſi coalito, vel 1 - petalo.

AA) germine polyſpermo; cingulo intra corollam acceſſorio nullo,

a) petalis integris

aa) fructu 10 - loculari, 10 - ſpermo, capſulari, 5 - valvi; ſtylis filiformibus, ſtigmatibus obtuſis vel capitatis; calyce 5 - phyllo; petalis ſenſim latioribus; filamentis 10. ſubulatis, baſi, ut interdum petala, ſub - connatis, 5. alternis ſterilibus, non antheriferis; ſeminibus glabris, ovatis, planiuſculis - 336. LINVM.

ab) fructu 5 - loculari; filamentis baſi coalitis; calyce 5 - partito, ſtigmate ſingulo ſimplici; fructu capſulari; petalis latiuſculis; filamentis baſi in urceolum connatis, petalis ob - cordatis, magnis; loculis capſulae 5 - valvis, 1 - 2 - ſpermis - 337. MELOCHIA.

ac) fructu 1 - loculari, plerumque 5 - valvi (raro 3 - 4. valvi?); calyce profunde 5 - partito; ſeminibus numeroſis - - -

α) parietibus capſulae ad baſin uſque fiſſae affixis, oblongis, teretiuſculis, minutis; ſtaminibus corollae aequalibus; ſtigmatibus capitatis vel dilatatis; filamentis termino latiuſculo folliculos 2. antherinos, libere diſtantes, erectos, ſuſtinentibus - - - - - - 338. DROSERA.

β) receptaculo centrali faſciculari affixis, orbiculatis, globato - compreſſis, margine emarginato cinctis; capſula ſemi - 5 - fida, ſtaminibus corolla minoribus; ſtigmatibus ſimplicibus; filamentis linearibus, antheras biloculares ſuſtinentibus - - - - - - (SPERGVLA *pentandra.*)

b) petalis diviſis; capſula 1 - loculari, apice 5 - valvi, coronata; ſeminibus receptaculo columnari centrali baſeos affixis; filamentis ſtyliſque linearibus - (CERASTIVM.)

AB) germine 1 - ſpermo; ſtylis filiformibus, ſtigmatibus acutis; filamentis filiformibus, baſi petalorum, interdum coalitorum, inſertis; calyce infundibuliformi, plicato, 5 - dentato, ſcarioſo; fructu ſeminiformi, vel capſulari, clauſo, apice ſub-5 - lobato, recondente ſemen oblongum, e longo funiculo, primum e baſi capſulae aſcendente, iterum dependens - - - - - - 339. STATICE.

B) germinibus 5.

BA) elongatis, in ſtylos apice deſinentibus, ſtigmatibus obtuſis; ſquamula glandulari minuta externe baſi ſinguli germinis adjacente, eique annexa; petalis unguibus linearibus, erectis, marginaliter ſub - connexis; limbi laminis paullo latioribus, magisque

que patentibus; calycis profunde 5-partiti, laciniis lanceolatis, canaliculatis, etiam in tubum appoſitis; filamentis ſubulatis, corollae aequalibus, unguibus petalorum inſertis; capſulis 5. interne dehiſcentibus, polyſpermis - - 340. CRASSULA.

BB) ovatis e medio latere ſtylos exſerentibus, ſtigmate ſingulo capitato; calyce 10-fido, laciniis alternis anguſtioribus; petalis 5. ovatis, filamentisque capillaribus calyci inſertis; fructubus 5. ſeminiformibus, 1-ſpermis, calyce perſiſtente incluſis - 341. SIBBALDIA.

POLYGYNIA.

A) Germine ſimplici ſupero; fructu 1-loculari, capſulari, parietibus undique ſeminiferis; ſeminibus minutis, numeroſiſſimis; filamentis liberis; calyce ſimplici - (DROSERA.)

B) germinibus pluribus, quincuncialiter impoſitis receptaculo, intra florem tuberante germinibus proprio, 1-ſpermis; fructu ſingulo ſeminiformi; ſtigmate obliquo; filamentis non apice attenuatis, ſed ibi utrinque folliculum gerentibus; calyce 5-phyllo; corolla 5-petala

BB) corollae petalis calycisque minoris foliolis planiuſculis, petalis baſi ſcrobiculo vel ſquama notatis - - - - - - - (RANUNCULUS.)

BC) corollae petalis calyce minoribus, minutis, unguibus tubuloſis, lamina, quaſi limbo petali, oblique aperta; calycis foliolis infra affixionem deorſum baſi productis - - - - - - - 342. MYOSURUS.

AGYNIA.

A) Flore 5-petalo, petalis erga calycem depauperatis, una cum ſtaminibus calyci inſertis - - - - - - - (RIBES.)

B) Flore 2-petalo, ſtamine 6° ſterili - - - - (MUSA.) (*)

C) Flore 1-petalo.

CA) ſtaminibus coalitis varie, anthera ſingula 1-folliculari, ſerpentino-flexuoſa; flore monoico; floris foeminei

a) fructu 3-loculari, vel 1-loculari, polyſpermo, ſeminibus parieti fructus affixis

aa) pluribus oblongo-ovatis, compreſſis

α) fructu elaſtice diſſiliente - - - - 343. MOMORDICA. (*)

β) fructu non elaſtico

βα) ſeminibus marginatis - - - - 344. CUCURBITA. (*)

ββ) — non marginatis - - - - 345. CUCUMIS. (*)

ab) paucis (6.), rotundato-gibbis, roſtratis, faſcia elevata, annulari, cinctis - 346. BRYONIA.

b) fructu 1-ſpermo - - - - - - - 347. SICYOS.

CB) ſtaminum filamentis diſtinctis; calyce floſculorum proprio nullo, ſed univerſali multifloro 1-phyllo, plano, includente abſque paleis, flores ſolum maſculos abor-

tivos, ſinguli floris filamentis minutis, antheris erectis, parallelis; corollulis tubuloſis; ſtylo, absque germine, filiformi, ſtigmate orbiculato - - 348. AMBROSIA.
CC) ſtaminibus 1 - adelphis, antheris erectis, diſtinctis; floribus tubuloſis maſculis, absque foemineis, paleis diſtinctis; collectis intra calycem communem imbricatum - 349. XANTHIUM.
D) Floribus incompletis calycinis
DA) calyce 5 - fido, vel 5 - phyllo; ſtaminibus liberis,
a) filamentis calyce longioribus, antheris didymis, calyce 5 - partito
aa) calyce colorato, filamentis ſubulatis, antheris ſub - rotundis - 350. ZANTHOXYLON. (*)
ab) calyce viridi, filamentis capillaribus, antheris oblongis - - - 351. SPINACIA.
b) filamentis calyci 5 - phyllo, colorato, acuto, aequalibus, capillaribus, antheris oblongis, verſatilibus - - - - - 352. AMARANTHUS.
c) filamentis calyce brevioribus
ca) calyce 5 - fido, minuto, ſquamulae amentaceae inſidente, filamentis minutis; antheris ovatis, erectis, 4 - gonis, magnis - - 353. PISTACIA.
cb) calyce ſquamae amentaceae non affixo, filamentis capillaribus, antheris oblongis, 4 - gonis, magnis, dehiſcentia utrinque 2 - lobis
α) floribus monoicis
αα) pure monoicis, in amentum collectis, antheris didymis - 354. QUERCUS.
αβ) polygamis, filamentis poſt dehiſcentiam antherarum magis elongatis - - - - - - 355. CELTIS.
β) floribus dioicis; foliolis calycis obtuſis
βα) 5 - partiti - - - - - 356. CANNABIS.
ββ) 5 - phylli - - - - - 357. HUMULUS.
DB) calyce 6 - phyllo, campanulato - - - - 358. CASTANEA.
E) Flore amentaceo, glandulis ad baſin filamentorum - - - (SALIX.)

Digitized by Google

Classis VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

A) Floribus ſuperis, corollinis,
a) 1 - petalis
aa) 1 - labiatis. limbo hinc (inferne) in ligulam productiore, corolla tubuloſa, baſi globato - ventricoſa, tubo angulato - cylindrico; germine tereti angulato, oblongo; antheris ſeſſilibus, ſtylo breviſſimo ſub ſtigmate 6 - partito adnatis; capſula 6 - gona, 6 - loculari; ſeminibus copioſis, depreſſis - - 359. Ariſtolochia.
ab) 6 - fidis
α) corolla nuda, fructu 3 - loculari, (excepto Haemantho) capſulari, 3 - valvi
αα) tubo diſtincte petalifero; ſtylo filiformi; ſeminibus globoſis; ſpatha compreſſa, latere plano dehiſcente
1) margine tubi ipſo ſtaminifero, colorato, 12 - fido, e 6. apicibus totidem filamenta exſerente, ſubulata, elongata, antheris oblongis incumbentibus; petalis lanceolatis, planis, tubo nectarii externe ſupra baſin inſertis; germine 3 - gono, ſtaminibus longiore, ſtigmate obtuſo; loculis capſulae polyſpermis; - - - 360. Pancratium.
2) tubo intus ſtaminifero, margine colorato, petalis ovatis, acuminatis, planis; filamentis ſubulatis; antheris oblongiuſculis; germine 3 - quetro; ſtigmate 3 - fido, concavo, obtuſo; loculis polyſpermis; ſeminibus appendiculatis - - - - 361. Narciſſus.
αβ) tubo ipſo diviſo, corolla aequali, filamentis corollae limbo erecto longioribus, ſubulato - linearibus; antheris incumbentibus
1) floribus umbellatim congeſtis intra involucrum magnum 6 - phyllum, foliolis oblongis perſiſtentibus; corollae laciniis linearibus, tubo brevi angulato; antheris oblongis; ſtylo, ſtigmateque ſimplici; fructu baccato, 3 - ſpermo, ſeminibus 3 - quetris - - 362. Haemanthus. (*)
2) floribus ſeparatis, non umbellatis, corollae laciniis lanceolatis, tubo infundibuliformi; antheris linearibus; ſtylo filiformi, ſtigmateque capitato, utroque trigono; fructu capſulari, polyſpermo - 363. Agave. (*)

β) co-

β) corolla calyculata; ſtaminibus a corolla; fructu 3-ſpermo, ſimplici, baccato; ſtylo nullo; corolla rotata - - - - (SAMBVCVS.)

b) 2-petalo, petalo ſupero 5-dentato, infero naviculari - - (MVSA.)

c) 3-petalo

ca) calyce ſupero, trigono, trifido, laciniis ovatis, parvo, perſiſtente; petalis anguſto-lanceolatis, erectis, ſingulo ad baſin nectario inſtructo; filamentis ſubulatis, receptaculo inſertis, antheris erectis, ſagittatis; ſtylo filiformi, longitudine ſtaminum, ſtigmate obtuſo, 3-fido; bacca umbilicata, 1-3-loculari, polyſperma; ſeminibus oblongiuſculis - - - 365. BROMELIA. (*)

d) 6-petalo, nudo, abſque calyce cingente;

da) ſtigmate ſimplici

α) petalis ſupra germen in pulvinar coalitis, a ſtyli et filamentorum brevium baſi diſtincte perforatum; antheris apice apertis, elongatis; ſpatha 1-flora compreſſa, utrinque calloſo-marginata, apice emarginata, altero plano infero fiſſa; capſula 3-loculari, 3-valvi; ſeminibus teretiuſculis, ſubrotundis, apice contracto truncatis, et cucullo membranaceo ibi terminatis:

αα) petalis 3. exteris oblongis, concavis, laxis, patulis; 3. internis brevioribus, ob-cordato-cuneatis, ſtrictis, erectis; ſtylo ſubulato; antheris ſurſum tenuatis, apice in ſetam deſinentibus - - 366. GALANTHVS.

αβ) petalis omnibus aequalibus, ſub-concavis, patentibus in corollam campanulatam, apicibus ſtrictioribus, calloſis; ſtylo filiformi, vel clavato; antheris lineari-oblongis, 4-gonis, obtuſis - - 367. LEVCOJVM.

β) petalis non in pulvinar coalitis; antheris longitudinaliter apertis; margine integro, convavo, infero ſuperoque, loco calycis; petalis revolutis; filamentis baſi petalorum adnatis, corollae aequalibus; antheris oblongis; ſtylo ſtaminibus aequali, ſtigmate obtuſo; bacca oblonga 1-ſperma - 368. LORANTHVS.

db) ſtigmate 3-fido, fructu 3-loculari, 3-valvi; filamentis ſubulatis; antheris oblongis; ſtylo filiformi; ſeminibus copioſis; petalis ſub-aequalibus; ſquamis 6. ad baſin filamentorum externe appoſitis; genitalibus rectis vel declinatis; antheris incumbentibus; germine ſulcato, ſtigmatis laciniis ſimplicibus, teneris, ſpatha oblonga, marceſcente - - - - 369. AMARYLLIS.

B) Floribus inferis

BA) corollinis

a) 1-petalis, 6-fidis

aa) corolla nuda

α) filamentis e receptaculo ortis; fructu 3-loculari, capſulari, 3-valvi, polyſpermo; ſtigmate 3-fido, vel ſimplici; corolla tubo gibbo, baſi nectarifero; filamentis ſubulatis, corollam fere ſuperantibus, antheris oblongis, incumbentibus - - - - - 370. ALOE.

β) filamentis, e tubi parietibus corollae ipſius ortis; corolla 1-petala, tubo ipſo in lacinias ſolum partito

βα) corolla campanulata, limbo reflexo; fructu 3-loculari

1) ſicco, (loculis polyſpermis) 3-valvi - - - 371. HYACINTHVS.

2) bac-

2) baccato (loculis 2 - ſpermis) - - - - - 372. CONVALLARIA.
β3) corolla infundibuliformi (patente limbo); capſula 3 - loculari, 3 - valvi
1) filamentis ad faucem corollae; ſtylo filiformi, antheris linearibus, longioribus quam filamenta craſſa, obtuſa; laciniis limbi ovatis, tubo incurvo; germine ſub - rotundo, ſtigmate 3 - fido, craſſiuſculo, mellifero; ſeminibus planis, ſemiorbiculatis; ſpatha nulla - 373. POLIANTHES.
2) filamentis ad parietes vel baſin corollae inſertis
A) corolla brevioribus - - - - - (HYACINTHUS.)
B) corollae aequalibus; corolla teretiuſcula, glabriore, ſub - ringente, limbo ſuperne magis reflexo; genitalibus declinatis, apice aſſurgentibus; ſtylo filiformi, ſtigmate obtuſo, 3 - gono; ſtaminibus inferis longioribus, antheris incumbentibus, oblongis - 374. HEMEROCALLIS.
ab) corolla calyculata, calyce 6 - fido, vel 6 - phyllo
α) fructu 4 - ſpermo (vel 5.), corolla tubuloſa; ſtylo ſimplici; germine lobato - - - - - - - - (SYMPHYTUM.)
β) fructu polyſpermo, multiloculari; ſeminibus ſuperimpoſitis
βα) antheris apice 2 - foris - - - - - (SOLANUM.)
ββ) antheris lateraliter apertis
1) corolla tubuloſa - - - - - - (DATURA.)
2) corolla rotata - - - - - - - (CAPSICUM.)
b) polypetalis
ba) 3 - petalis; filamentis liberis; fructu 3 - loculari; calyce 3 - phyllo, foliolis concavis; ſtigmate ſimplici, ſtylo recto, ſeminibus in loculo ſingulo paucis, majuſculis; filamentis elongatis, villoſis, villis articulatis, antheris transverſis, ſub - reniformibus; petalis planis, patentiſſimis, teneris; flore regulari, ſtylo recto - - - - - - - - 375. TRADESCANTIA. (*)
bb) corollis 4 - petalis
α) corolla calcarata; petalo ſuperiore poſtrorſum in ſaccum duplicem ſimplicemve producto, reliquis non calcaratis; infero quaſi labio infero ſ. carina, lateralibus verticaliter poſitis, quaſi alis floris papilionacei, petalis inter ſe plus vel minus connexis, et appreſſis; calyce 2 - phyllo, caduco; filamentis liberis omnibus, vel diadelphis, utroque tunc lateraliter germini appoſito; latiuſculo, apice 3 - andro; germine 1 - polyſpermo, ſtylo brevi, ſtigmate verticali, orbiculato, compreſſo; fructu 1 - ſpermo, globato, clauſo, vel polyſpermo 2 - valvi, plus vel minus ſiliquaeformi - 376. FUMARIA.
β) corolla unilaterali, petalis omnibus verſus latus ſuperius aſcendentibus, ſubinaequalibus; calyce 4 - phyllo, minuto, inaequali, deciduo; glandulis 3. ſingula ad diviſuram calycis, unica harum excepta; genitalibus declinatis, columella intra florem ſaepius elevatis; filamentis ſubulatis; antheris, ſtigmateque aſſurgentibus, illis oblongis, hoc craſſiuſculo; fructu ſaepius pedicellato, cylindraceo, 1 - loculari, polyſpermo - - 377. CLEOME.
γ) corolla aequalius radiante ſ. cruciata
γα) germine 1 - 2 - loculari, rarius (et nunquam concentrice) multiloculari; ſtaminibus tetradynamis, paribus 2. 3^{io} altioribus, oppoſitis, cum

eo alternis; calyce 4 - phyllo, fere ſemper deciduo. (*Tetradynamae* Linn. *Siliquoſae*, in Famil. natural.)

1) germine 1 - ſpermo

1a) gibbo, ſub - globato, ſtylo nullo, ſtigmate craſſiuſculo; calycis foliis ovatis, patentiuſculis; unguibus petalorum calyci aequalibus, filamentis longioribus apice duplici, altero antherifero; glandula mellifera utrinque inter filamenta longiora et calycem; fructu baccato, deciduo; ſemine ſubrotundo - - - 378. CRAMBE.

1b) compreſſo, 2 - valvi

A) ſtylo nullo; ſutura germinis et fructus ſeminiformis, ſub - ſiliquoſi, clauſi, utrinque in plano; valvis, licet connatis, navicularibus, carinatis; ſemine ovato; calycis foliolis ovatis, patentiuſculis, coloratis; petalis patentibus, ſenſim in ungues attenuatis - - - - - - 379. ISATIS.

B) ſtylo praeſente; ſutura germinis et fructus in margine; valvulis latitudini fructus parallelis, ſilicula orbiculata

BA) dehiſcente - - - - - (CLYPEOLA.) (*)

BB) clauſa permanente; ſemine ſubrotundo, compreſſo - plano, emarginato; calycis foliolis ovatis, erectis, coloratis; petalorum unguibus calyce brevioribus - - 380. PELTARIA.

2) germine polyſpermo

2a) emarginato, 2 - loculari, diſſepimento e receptaculo fructus, non e valvulis ipſis orto, ſtylo praeſente

A) germine compreſſo, ſutura ejus et fructus

AA) marginali; valvulis convexo - planiuſculis, plano fructus et diſſepimenti parallelis; ſilicula orbiculata; ſeminibus orbiculatis - - - - - - 381. CLYPEOLA.

AB) laterali in utroque plano; diſſepimento ſutura cincto, plano fructus contrario, lanceolato; valvulis navicularibus

a) ſiliqua obcordata, ſuperne magis partita

aa) petalis 2. hinc majoribus, 2. inde (in umbella internis) minoribus; calycis foliolis patentibus - 382. IBERIS.

ab) petalis ſub - aequalibus, calycis foliolis erectiuſculis 383. THLASPI.

b) ſiliqua utrinque 2 - loba; diſſepimento uno cum ſtylo rigide ultra ſiliquam producto; loculo ſingulo 1 - ſpermo, orbiculari; ſemine in eo centrali; petalis patentibus; calycis foliolis coloratis - - - 384. BISCUTELLA.

B) germine, fructuque convexo, gibbo, hoc turgido; petalis patentibus, unguibus calyce brevioribus - - 385. COCHLEARIA.

2b) germine ovato, compreſſo, non emarginato,

A) valvulis plano ſiliquae parallelis, ſutura marginali, fructu 2-loculari, dehiſcente;

AA) ſtylo nullo; foliis calycis ſimplicibus, ſubaequalibus, erectis; peta-

Digitized by Google

petalis oblongis, unguibus minutiſſimis; ſeminibus in utroque loculo utrinque numeroſis, parvis, ſiliqua ſeſſili - 386. DRABA.

AB) ſtylo praeſente, perſiſtente; ſilicula pedicellata; ſeminibus magnis, orbiculatis, in ſingulo loculo paucis; petalis longe unguiculatis, integris; foliis calycinis erectis, 2. oppoſitis baſi deorſum ſaccatis - - - - 387. LVNARIA.

B) diſſepimento ſiliculae transverſo, valvulis concavis - 388. SVBVLARIA.

2c) germine ovato, gibbo, craſſiuſculo; 2 - loculari (vel, ut in Buniade, verticaliter multiloculari)

A) fructu membranaceo, dehiſcente, ſolum gibbo

AA) ſtylo nullo - - - - (SISYMBRIVM.)

AB) ſtylo praeſente perſiſtente; petalis ſub-rotundis, unguibus auguſtis; calycis foliolis coloratis - - 389. MYAGRVM.

B) fructu irregulari, angulato, 4 - gono, muricato, ſeminiformi, clauſo, 2 - 4 - ſpermo; calyce patente; petalis ob - ovatis, unguibus attenuatis; ſtylo nullo, vel praeſente, fructum terminante - - - - 390. BVNIAS.

2d) germine elongato, fructu elongato ſ. ſiliqua, eaque 2 - loculari fere omnibus: et 2 - valvi niſi Raphanio.

A) Glandulis in baſi floris juxta calycem duabus, ſingula erga baſin ſaccatam ſinguli folioli oppoſiti deorſum incurva, ſiliqua ſubtoruloſa; foliolis calycinis erectis, parallelis; petalis unguiculatis; ſiliqua compreſſa, lineari, longiſſima, ſtylo nullo - 391. ARABIS.

B) Glandulis ſolum intra ſtamina brevia et germen, calyce erecto; petalis unguiculatis; ſtylo vix ullo; fructu plerumque 4 - gono; ſeminibus compreſſis

BA) fructu non appendiculato,

a) exacte 4 - gono; ſtylo breviſſimo; calycis foliolis ſubaequalibus; ſtigmate capitato - - - 392. ERYSIMVM.

b) magis compreſſo; ſtylo nullo; calycis foliolis 2. oppoſitis baſi ſaccatis; ſtigmate 2 - fido - - 393. HESPERIS.

BB) fructu utrinque tubere vel prominentia aucto; ſtylo breviſſimo, compreſſo; foliis calycinis 2. oppoſitis, baſi ſaccatis; ſtigmate 2 - partito - - 394 CHEIRANTHVS.

C) Glandulis 2. ſingula intra ſtamen brevius et germen; aliisque 2. ſingula intra par ſtaminum longiorum et calycem; ſeminibus ſubrotundis, globatis

CA) ſtylo cum fructu confluente, vel teneriore; calyce erecto, foliolis baſi gibbis

a) fructu cum ſtylo confluente, toruloſo, vel ſpongioſe clauſo, vel transverſe inter ſemina articulatim diſcedente; peta-

petalorum unguibus calyce longioribus; laminis ob - cordatis, patentibus - - - - 395. RAPHANVS.
b) fructu a ſtylo teneriore, perſiſtente, tereti, diſtincto, 2-valvi; petalorum unguibus calyci fere aequalibus, laminis integris - - - - - 396. BRASSICA.
CB) ſtylo cum diſſepimento compreſſo, ultra fructum 2 - valvem toruloſum producto, latiuſculo, diſtincto; calyce patente; foliis linearibus, canaliculatis; petalorum unguibus erectiuſculis; laminis ſubrotundis, integris, patentibus - 397. SINAPIS.
D) Glandulis nullis (Dentariae?)
DA) ſiliquae elongatae dehiſcentis valvulis elaſtice ſpiraliter revolutis, petalis unguieulatis
a) ſtylo praeſente, breviſſimo, germinis; in fructu cum diſſepimento ultra valvulas producto; calyce erecto; petalorum unguibus calyci aequalibus - - - 398. DENTARIA.
b) ſtyllo nullo vel tenero; calyce ſub - patente; petalorum unguibus calyce duplo longioribus - - 399. CARDAMINE.
DB) ſiliqua non elaſtice diſſiliente, valvulis non revolutis, elongata, ſtylo nullo
aa) 4 - gona, longiſſima, ſtricta; petalis unguiculatis; calyciſque foliolis erectis - - - 400. TVRRITIS.
ab) tereti, incurva gibba; calyce corollaque patente; petalorum unguibus minutis - - - 401. SISYMBRIVM.
γβ) non priorum, ſed germine plus quam 2 - loculari, calyce 4 - fido; ſtaminibus baſi filamentorum connatis, filiformium, antheris incumbentibus, oblongis, compreſſis, didymis; petalis ſub - rotundis, ſeſſilibus, calyciformibus; germine compreſſo, longiore quam corolla, ſtylo brevi, reflexo, ſtigmate craſſo; ſtylo longitudinaliter adnato, ſuperne pubeſcente; fructu leguminoſo, pulpoſo, transverſe multiloculari, polyſpermo - - - - - - 402. GLEDITSIA.
bc) corollis 5 - petalis
α) ſtaminibus 4. ſterilibus, omnibus antheris roſtratis, fertilibus apice apertis, fructu leguminoſo, calyce 5 - phyllo, flore ſub irregulari - ☿ (*) (CASSIA.)
β) ſtaminibus omnibus fertilibus, fructu 1 - loculari; ſtigmate 3 - plici; calyce 1 - phyllo, ſub - cylindrico, 10 - gono, perſiſtente, ore 5 - dentato; petalis longe intra calycem unguiculatis; laminis ſubrotundis, patentibus, ungue ſingulo baſi canaliculo unguiformi adaucto; capſula 3 - valvi; polyſperma - - - - - - - - 403. FRANKENIA.
bd) corollis 6 - petalis
α) flore nudo, germine 3 - loculari,
1) ſpatha multiflora, 1 - phylla, disrumpente; floribus in umbellam congeſtis; germine ſub - 3 - gono, ſtylo ſimplici, ſtigmate acuto; directione corollae, et figura ſtaminum inſuper varia - 404. ALLIVM.
2) petalis baſi glanduliferis vel nectariferis

2a) ſulco

Digitized by Google

2a) ſulco petali ſinguli (vel tantum 3. petalorum) plus minus nectarifero; filamentis ſubulatis, germine cylindraceo, 6 - ſtriato, ſtigmate 3 - lobo; ſeminibus planis,

A) petalis externe calloſo - coſtatis, corolla (etiam ſi revoluta) baſi infundibuliformi; antheris incumbentibus, ſtigmate obtuſo in ſtyli apice incraſſato; valvis capſulae 6 - gonae pilo, cancellatim intertexto, connexis - - - - 405. LILIVM.

B) petalis externe tenera coſta vel nulla, ſuperficie magis aequalibus, corolla campanulata, petalis ſub - conniventibus; antheris erectis; ſtylo tenero, ſtigmate 3 - fido, laciniis oblongis; valvulis capſulae 3 - lobae libere diſcedentibus - 406. FRITILLARIA.

2b) ſcrobiculo petali ſinguli nectarifero, corolla campanulata; antheris erectis; ſeminibus planis

A) ſcrobiculo globoſo - excavato; germine cylindraceo, 6 - ſtriato, ſtylo apice craſſiuſculo, ſtigmate 3 - lobo, obtuſo; filamentis ſubulatis, antheris corollae aequalibus; capſula 6 - angulari, angulis acute marginatis - - - 407. IMPERIALIS.

B) ſcrobiculo oblongo; germine ſub - globoſo, ſtylo filiformi, ſemi - 3 - fido, ſtigmate ſingulo ſimplici, reflexo, filamentis breviſſimis, latiuſculis, antheris corolla dimidio brevioribus; capſula 5 - angulari, acuta - - - - 408. UVULARIA.

2c) glandula vel macula 2 - plici ad baſin ſinguli petalorum 3. internorum; petalis omnibus aequalibus, acutis; fructu capſulari, polyſpermo, ſub - globoſo; ſtigmate 3 - fido; petalis a media longitudine reflexis; filamentis ſubulatis, brevibus, antheris oblongis, porrectis; ſeminibus ovatis, acuminatis - 409. ERYTHRONIVM.

3) ſtaminibus ſingulariter diſtinctis, glandulis in petalo nullis, filamentis

3a) ſurſum clavato - incraſſatis

A) apice incraſſatis; ſtylo nullo, ſtigmate 3 - fido, lacinia ſingula 2 - fida, germine elongato, 3 - quetro; corolla campanulata, patente vel connivente, petalis baſi connexis; capſula obtuſe 3 - angulari; ſeminibus in ſingulo loculo duplici ſerie incumbentibus - 410. YVCCA. (*)

B) medio incraſſatis, apice ſubulatis, baſi membranacea unguibus inſertis; corolla erecta, petalis baſi connexis; germine 6 - ſtriato, ſtylo filiformi, ſtigmate 3 - fido, obtuſo; bacca 6 - ſulcata, ſingulo loculo 1 - 2 - ſpermo - - - 411. DRACAENA. (*)

3b) baſi dilatatis; petalis patentibus, lanceolatis; ſtylo ſubulato, ſtigmate ſaepe ſimplici;

A) baſi reliquo filamento continua, filamentis 3. alternis, vel omnibus, baſi dilatatis; germine et capſula angulato; ſeminibus ſubrotundis - - - - - 412. ORNITHOGALVM.

B) baſibus filamentorum plus minusve arcuatorum omnium diſtincte dilatatis, arcuatis, et in cupulam ſuper germen ſub - globoſum conniventibus; flore regulari erecto, vel inaequali deflexo;

 capſula

capſula - ſub globoſa; ſeminibus angulatis, 3 - quetris, 3 - angularibus - - - - - - 413. Asphodelus.

3c) glanduliferis - - - - - - - (Lavrus.)

4) non priorum; corolla non glandulifera; filamentis ſeparatis; ſubulatis, eglanduloſis;

4a) corolla ſub - aequali

A) patente,

AA) fructu capſulari, loculis polyſpermis; ſtigmate parvo, ſimpliciuſculo

a) ſeminibus globatis - - - 414. Scilla.

b) ſeminibus angulatis, filamentis laevibus vel barbatis - 415. Anthericum.

AB) fructu baccato, loculis 2 - ſpermis - - (Asparagus.)

B) campanulata, ſtylo nullo

BA) ſtigmate ſimplici, germine turbinato; petalis unguibus connexis, erectiuſculis, 3. internis, apice reflexis, perſiſtentibus; filamentis filiformibus, antheris cordatis; bacca umbilicata, loculis 2 - ſpermis; ſeminibus rotundato - angulatis - 416. Asparagus.

BB) ſtigmate 3 - lobo, germine columnari, prismatico; petalorum baſibus diſtinctis; filamentis validis, apice aciculari cuſpidatis, antheris elongatis, oblongis, porrectis; capſula 3-quetra, valvulis margine ciliatis; ſeminibus planis; in ſingulo loculo polyſpermo ſerie duplici impoſitis - - 417. Tulipa.

C) infundibuliformi, vel tubuloſa; ſtigmate 3 - plici, unguibus teneris, erectis petalorum, in tubum convergentibus; ſtylo filiformi, ſtaminibus aequali; limbo corollae erecto; filamentis ſubulatis, petalorum unguibus inſertis, antheris incumbentibus; germine ovato - ſubulato; flore radicali, elongato - 418. Bulbocodium.

β) flore calyculato

βα) calyce 6 - phyllo, vel partito, flore glanduloſo, glandula duplici in ſingulo petalo in ejus baſi, filamenti baſin includente, colorata; petalis ſubrotundis, concavis; calyce foliis ovatis, coloratis, alternis minoribus, corollae fere aequalibus; filamentis erectis, validis, termino lato obtuſis, utroque latere folliculum diſtinctum gerentibus, baſi, valvula demum ſurſum reflexa, dehiſcentem; germine cylindraceo, ſtaminibus aequali, ſtigmate ſeſſili, orbiculato, germine latiore, margine acuto cincto; bacca cylindracea, umbilicata, ſ. apice perforata, cava, 1-3 - ſperma; ſeminibus, cylindraceis - - - - 419. Berberis.

β3) calyce 1 - phyllo ore ſolum diviſo; petalis ori calycis inſiſtentibus; antheris ſub - rotundis; ſtigmate ſimplici, calyce campanulato, ore 12-fido, dentibus alternis minoribus, petalis erga calycem minutis, ovatis; filamentis brevibus, tamen exſertis; ſtylo breviſſimo, confluente; capſula

Digitized by Google

ſula cordata, 2 - loculari, polyſperma; ſeminibus minutis, ſemitereti- bus, ovatis - - - - - - 420. PEPLIS.

BB) floribus calycinis

a) 5 - fidis; ſtigmate elevato, ſimplici - - - - (POLYGONVM.)

b) 6 - fidis, 6 - partitis, vel 6 - phyllis, fructu polyſpermo,

ba) foliolis calycinis acutis; floribus non in ſpadice aggregatis, ſingulo glumis aliquot inſiſtente; filamentis capillaribus, antheris oblongis, erectis; germine 3 - quetro, ſtylo filiformi, ſtigmate 3 - plici, lacinia ſingula filiformi, villoſa; capſula 3 - quetra, 3 - valvi, 1 - loculari, 3 - ſperma, vel 3 - loculari, polyſperma; ſeminibus teretiuſculis, ſub - rotundis - - - 421. JVNCVS.

bb) foliolis calycinis truncato - obtuſis; floribus in ſpadice, e ſcapo foliaceo egrediente, denſiſſime aggregatis; filamentis linearibus, foliolis calycinis oppoſitis et ſubaequalibus, antheris parvis, didymis; germine craſſo turbinato, vertice obtuſe - conico, medio papillari, obſolete ſtigmatifero; capſula 6 - gona, 3 - loculari, polyſperma; ſeminibus ovato - oblongis - 422. ACORVS.

DIGYNIA.

A) Flore corollino

AA) 1 - petalo, corolla 6 - fida, germine polyſpermo, 1 - loculari; corolla tubuloſa - - - - - - - - (GENTIANA.)

AB) 5 - petalo, ſub - calycino, colorato, absque calyce externo - - (POLYGONVM.)

B) Flore calycino 6 - fido; ſtylis capillaribus; fructu 2 - ſpermo - - (SCLERANTHVS.)

TRIGYNIA.

A) Corolla 1 - petala, nuda, ſ. ſolum ſpathis involuta, tubo elongato, baſi radicali, limbo 6 - partito, laciniis lanceolato - ovatis, concavis, erecto - patentibus; filamentis ſubulatis, corolla brevioribus, fauci inſertis, antheris incumbentibus; ſtylis 3. filiformibus, a radice per tubum ad aequalem cum antheris altitudinem aſſurgentibus, ſtigmate ſinguli terminali, decurrente, reflexo, canaliculato; capſula 3 - loba, 3 - loculari, polyſperma, lobis ſolum ſutura interna cohaerentibus, eaque ſolum ſuperne dehiſcentibus; ſeminibus ſub - globoſis - - - - - - 423. COLCHICVM.

B) Corolla 6 - petala, calyce 1 - phyllo, infero, 3 - lobo; ſtigmatibus 3. ſeſſilibus; capſula 3 - valvi - - - - - - - (ANTHERICVM.)

C) Corolla 5 - petala, calyculata, calyce 5 - phyllo

CA) petalis integris; ſeminibus pappoſis - - - - - (TAMARIX.)

CB) petalis 3 - fidis; ſeminibus ſub - rotundis - - - (HOLOSTEVM.)

D) Calyce corollae tantum praeſente, 6. foliolis conſtante, internis interdum diverſis, involucro externe accedente nullo

DA) fructu 1 - ſpermo; germine 3 - quetro, ſtylis 3. capillaribus, inter rimas foliolorum

Digitized by Google

lorum internorum conniventium reflexis, ſtigmatibus magnis, laciniatis; foliolis floris 3. externis reflexis, 3. internis ovatis, diverſis, arrecto - conniventibus, majoribus, omnibus perſiſtentibus; filamentis capillaribus abbreviatis, antheris didymis, demum utrinque 2 - fidis; fructu ſeminiformi, 3 - quetro - 424. RUMEX.

DB) fructu polyſpermo

a) germine 3 - plici, coalito, ſtigmatibus 3. ſeſſilibus, reflexis, plumoſis; foliolo floris calycini ſingulo ſubrotundo, concavo, antheram ſubſeſſilem, magnam, recondente, 3. una cum ſtaminibus ſuis magis exterius poſitis, omnibus deciduis; capſula 3 - loculari, loculis baſi dehiſcentibus, 1 - ſpermis; ſeminibus oblongis - 425. TRIGLOCHIN.

b) germinibus 3. diſtinctis, vel ſub - coalitis, ſuperne divergentibus

ba) ſingulo 1 - ſpermo

α) antheris erectis, longiſſimis, obtuſis, compreſſis, filamentis capillaribus, flaccidis, breviſſimis; ſtigmate germini ſingulo extrorſum adnato, oblongo; floris calycini foliolis perſiſtentibus, oblongis, acutis, rudibus, reflexo - patentibus; capſulis ſ. folliculis 3. compreſſis, inflatis, 2 - valvibus, reflexis; ſeminibus oblongis - - - - 426. SCHEUCHZERIA.

β) antheris linearibus, didymis, adnatis interiori lateri filamentorum ſubulato - compreſſorum, baſi ſub - cohaerentium; foliolis floris externis ſubconnexis, minutis, calycinis, internis ſub - corollinis, ovatis, coriaceis, erectis, acutis, apice inflexis; germinibus ſub - rotundis; ſingulo ſtylo diſtincto, perſiſtente, ſtigmate acuto; drupis 3. ſeminibusque globoſis - 427. CHAMAEROPS.

bb) ſingulo polyſpermo, ſuperne ſtylo corniculato; in eum abeunte, ibidem divergente, ſtigmate ſimplici; petalis floris corollini oblongis, lanceolatis, margine plus minus ſerratis, perſiſtentibus, patentibus, vel ſub - reflexis; filamentis validis, linearibus, baſi petalorum infixis, erectis, ſuperne divergentibus, antheris quadratis, depreſſis, margine terminali transverſe apertis; capſulis ſ. folliculis 3. oblongis, compreſſis, interne dehiſcentibus; ſeminibus in ſingulo pluribus oblongis, hinc obtuſis, compreſſis, membranaceis, duplici ſerie affixis - - - - - - - 428. VERATRUM.

E) Corolla calyceve ſolum 5 - phyllo; fructu 1 - ſpermo - - - (POLYGONUM.)

POLYGYNIA.

A) Flore corollino, polypetalo, calyculato

a) 3 - petalo; ſtaminibus corolla brevioribus, germinibus 6. et pluribus ſuperis, ſtylo ſingulo ſimplici, ſtigmate obtuſo; calyce 3 - phyllo, foliolis ovatis, concavis, perſiſtentibus; petalis ſub - rotundis, planis, pateutiſſimis; filamentis ſubulatis, antheris ſub - rotundis; capſulis ſ. folliculis compreſſis, 1 - ſpermis - - 429. ALISMA.

b) 5 - petalo - - - - - - - (PORTULACA.)

c) 6 - petalo, germinibus 6 - diſtinctis - - - - (SEMPERVIVUM.)

B) Flore calycino 6 - phyllo; ſtigmatibus 6 ſeſſilibus - - - (TRIGLOCHIN.)

AGY-

AGYNIA.

A) Floribus corollinis vel calycinis, integumentis his cingentibus, 1 - phyllis, ſolum calycinis, calyce externo nullo, ſimplici illo 6 - fido; filamentis abbreviatis; antheris didymis; floribus in amentum congeſtis - - - - (QVERCVS.)
B) Polypetalis, vel polyphyllis;
BA) corolla 3 - petala; calyce 3 - phyllo, aut 3. dentato: — vel corolla ſola 6 - petala: — aut calyce 6 - phyllo (foliola floris 6. alterna); filamentis liberis, diſtinctis
a) foliolis aequalibus 6.
aa) patentibus, ſeſſilibus, acuminatis, latiuſculis; germinis rudimento acceſſorio - (VERATRVM.)
ab) erectis, vel campanulam ſuperne patentem formantibus, calycinis. Flores dioici - - - - - - - - - (ASPARAGVS.)
b) exteris diverſis, paullo minoribus, diſtinctis, reflexis, internis 3. conniventibus; filamentis brevibus, antheris didymis; floribus monoicis, dioicis, vel polygamis - - - - - - - - (RVMEX.)
BB) (flore 14 - phyllo) calyce 6 - phyllo, foliolis ovatis, accedentibus 2 - externis, parvis linearibus; petalis 6. ob - cordatis, calyce minoribus - - (MENISPERMVM.)

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

A) Flore 1 - petalo, 7 - fido; capſula polyſperma, 1 - loculari, transverſim, ſed laceratim dehiſcente, receptaculo maximo, pro ſeminibus angulatis ſcrobiculato, fere tota repleta; germine ſupero globoſo, ſtylo filiformi, ſtigmate capitato; filamentis filiformibus, baſi corollae infertis, antheris brevibus; corolla rotata plana, profundiſſime partita, laciniis ovato - lanceolatis; calyce 7 - phyllo, foliolis lanceolatis, patentibus, acuminatis, perſiſtentibus - - - - - - 430. TRIENTALIS.
B) Flore 4 - petalo
BA) Flore obliquo, ſtaminibus deflexis, petalis undatis - - (AESCVLVS.)
BB) — erecto, vel rectiore toto
antheris parvis erga filamenta - - - - - (PTELEA.)

Digitized by Google

C) Flore 5 - petalo; calyce praeſente;
a) ſtaminibus ſterilibus acceſſoriis; ſtigmate 5 - fido, germine ad baſin ſtyli 5 - plici, 5 - ſpermo; filamentis 10. 1 - adelphis, 7. antheriferis, 3. ſterilibus; calyce 5-phyllo, ſuperne potrorſum abeunte in calcar pedunculo adnatum - - - (Gerani-vm. (*)
b) ſtamine ſingulo fertili
ba) ſtigmate ſimplici
α) acuto, germine in ſtylum ſubulatum deſinente; calyce 1 - phyllo; ventricoſo, parvo, 5 - dentato; petalis ſub - rotundis, planis, patentibus, margine plicato - undulatis, unguibus anguſtis, calyci inſertis; filamentis ſubulatis, declinatis, antheris iterum aſſurgentibus oblongis, capſula coriacea 3-loculari, 3 - valvi, 3 - ſperma, loculis 1 - 2, plerumque abortivis - - 431. Aesculvs.
β) obtuſo, germine paullo lateraliter ſtylifero; calyce 1 - phyllo, multifido, glabro, demum quaſi capſulari, fructum ſeminiformem recipiente; petalis planis, unguibus anguſtis, calyci inſertis; filamentis capillaribus, una cum toto flore rectioribus, antheris parvis, compreſſis, didymis - (Agrimonia.)
bb) ſtigmate 5 - fido - - - - - - (Portvlaca.)

DIGYNIA.

A) Corolla 5 - petala, ſupera, calyce 5 - dentato, petalis ſub - rotundis - (Crataegvs.)
B) Corolla 1 - petala, infundibuliformi; ſtylo nullo; germine polyſpermo, filamentis validis, calyce partito - - - - - (Gentiana.)
C) Calyce vel corolla calycina tantum praeſente
CA) calyce 1 - phyllo
a) ſtylis capillaribus - - - - - - - - - (Scleranthvs.)
b) ſtylis villoſis, interne talibus - - - - - (Vlmvs.)
CB) calyce 5 - phyllo - - - - - - - - (Polyconvm.)

POLYGYNIA.

Corolla 5 - petala - - - - - - - (Portvlaca.)

AGYNIA.

A) Corolla 5 - petala, petalis undulatis, calyce 5 - fido, ſtaminibus declinatis - (Aescvlvs.)
B) Flore ſolum calycino, pluribus in amentum congeſtis - - (Qvercvs.)

Digitized by Google

Classis VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

A) Floribus 1 - petalis

AA) ſuperis, calyculatis; corolla 4 - fida, campanulata, laciniis revolutis; calyce 4-fido, minuto, perſiſtente; filamentis receptaculo inſertis, antheris bicornibus, apice dehiſcentibus, dorſoque 2. ariſtis patentibus inſtructis; ſtylo ſimplici, ſtaminibus longiore, ſtigmate obtuſo; bacca globoſa, 4 - loculari; ſeminibus in loculo ſingulo paucis, minutis - - - - - - - 432. Vaccinium.

AB) inferis

a) calyculatis, corolla 4 - fida; fructu capſula 4 - loculari, polyſperma, 4 - valvi, ſub - rotunda, diſſepimentis cum ſuturis coeuntibus; ſeminibus numeroſis, minutis; calyce 4 - phyllo, perſiſtente; filamentis capillaribus, receptaculo inſertis, antheris apice 2 - fidis; germine ſubrotundo, ſtylo filiformi, ſtaminibus longiore, ſtigmate ſub - coroniformi, 4 gono, 4 - fido; corollae figura varia - 433. Erica.

b) nudis, fructu ſinguli floris 1 - ſpermo; ſtaminibus intra tubi medium circiter inſertis, ſtylo è germinis vertice exorto; ſtaminibus corolla brevioribus, alternis inferioribus; corolla 4 - fida

ba) tubo filiformi, floribus aggregatis, fructu baccato; ſtylo breviſſimo, ſtigmate capitato; laciniis corollae ovatis, fructu ſeminiformi, nitido, roſtrato - 434. Stellera.

bb) tubo valido, laciniis ovatis, planis, patentibus; antheris ſub - rotundis; germine ovato, ſtigmate ſub - ſeſſili, capitato, depreſſo - plano; fructu baccato - 435. Daphne.

B) Floribus 4 - petalis

BA) flore ſupero, calyce ſupero, 4 - partito vel 4 - phyllo, caduco, diſtincte ſupero; fructu 4 - loculari, polyſpermo;

a) ſtigmate 4 - fido, lacinia ſingula patente, ſtylo filiformi, elongato; polline angulato; petalis fauci calycis inſidentibus; receptaculo ſeminum columnari

aa) calyce tubuloſo, cylindrico, limbo 4 - fido, laciniis oblongis, acutis, reflexis; antheris oblongis, incumbentibus, ſeminibus angulatis; petalis ob - cordatis, planis,

planis, cruciatim divergentibus; filamentis ſubulatis; genitalibus erectiuſculis; germine cylindraceo; capſula 4-gona, 4-valvi, polyſperma - 436. OENOTHERA.

ab) calyce 4-partito, fere 4-phyllo, laciniis oblongis, acutis, ſaepe coloratis; petalis obcordatis; filamentis ſubulatis, alternis brevioribus, antheris ovalibus, compreſſis, erectis; germine cylindraceo-4-gono, longiſſimo, ſtylo erga germen abbreviato, ſtigmatis craſſi laciniis demum revolutis; capſula 4-gona, 4-valvi, receptaculo ſeminum libero, flexili, colorato; ſeminibus numeroſis, parvis, oblongis, pappo coronatis - - - 437. EPILOBIVM.

b) ſtigmate ſimplici; antheris roſtratis, filamentis brevibus; ſtylo ſubulato; calyce 4-dentato, lobis parvis margini germinis truncati appoſitis; petalis lineari-cuneatis, obtuſis, rigidis, calyce multo longioribus, patentibus; ſquamis acceſſoriis nullis; antheris 2-cornibus, cornu ſingulo tubuloſo, apice aperto; fructu baccato - - - - - - - 438. OXYCOCCVS.

BB) flore infero

a) notis ſingularibus diſtincta; germine glandula ſuffulto, vel ſtaminibus baſi junctis

aa) germine glandula ſuffulto; filamentis baſi latiuſculis, antheris ovatis; calyce parvo; petalis obtuſis, patentibus; ſtigmate ſimplici; ſtylo erecto, ſubulato, germine gibbo, 4-ſtriato, glandulae, 8. poris melliferis pertuſae, impoſito; filamentis ſubulatis, nudis; petalis concavis, ſub-ovatis, unguiculatis, capſula ſuperne 4-gibba, ſ. 4-loba, 4-loculari, 4. ſuturis ſuperne introrſum dehiſcente, loculo ſingulo polyſpermo, receptaculo columnari valido; ſeminibus angulatis - - - - - - 439. RVTA.

ab) ſtaminibus baſi junctis, petalis inaequalibus, floribus deflexis, papilionaceo-alatis, petalis 2. lateralibus maximis, ſub-ovatis, coloratis, planis, perſiſtentibus; reliquis parvis, vexillo brevi, tubulato, fere cylindrico, 2-fido; carina concava, compreſſa, verſus apicem ventricoſa, et ibi ſaepius corpuſculis 2. 3.-partitis, penicilliformibus, aucta; calyce 3-phyllo, parvo, foliolis ovatis, acutis, 1. ſupra, 2. infra corollam; filamentis coalitis, intra carinam incluſis, antheris 1-locularibus; germine oblongo, ſtylo ſimplici, ſtigmate terminali, 2-fido, craſſiuſculo; capſula obcordata, compreſſa, margine acuto, 2-loculari, 2-valvi, margine dehiſcente, diſſepimentis valvis contrariis, 2-ſperma; ſemine ſingulo ovato, umbilico glanduloſo - 440. POLYGALA.

b) non priorum; — ſed germine ſeſſili, ſtaminibus liberis; calyce 4-phyllo; fructu 4-loculari, polyſpermo, capſulari, 4-valvi, 4-gono; ſeminibus numeroſis, paleaceis; calycis corollaeque foliolis coloratis, erectis, oblongis, apicibus ſerratis, deciduis; calycinis exterioribus baſi extrorſum gibbis, introrſum cavis, melliferis; filamentis ſubulatis, antheris ſubrotundis, transverſim in toto margine dehiſcentibus; germine ſub-rotundo-acuminato, ſtylo cylindraceo, ſtaminibus aequali, ſtigmate obtuſo-capitato - - - 441. MONOTROPA.

C) Floribus 5-petalis, inferis

CA) floribus irregularibus, obliquis, genitalibus declinato-ſurgentibus

a) ſtaminibus liberis, petalis margine inaequalibus, unguiculatis; ſtigmate 3-fido, acuto, ſtylo ſimplici, erecto, germine ſubrotundo, 3-lobo, ſtriato; filamentis ſubulatis, brevibus, antheris aſſurgentibus oblongis; calyce 5-fido, colorato, laciniis

laciniis 2. inferis, anguſtioribus, pone cornuto calcare ſubulato, recto, foliis longiore; petalis ſubrotundis, calyce inter lacinias inſertis, 2. ſuperis ſeſſilibus, 3. inferis unguibus oblongis, ciliatis; fructubus 3. dehiſcentibus, ſeminiformibus, extus gibbis, ſulcatis, intus angulatis, ſub-globoſis, cortice ſuberoſo obductis - 442. TROPAEOLVM. (*)

b) ſtigmate ſimplici, calyce non calcarato, petalis undulatis, germine indiviſo - (AESCVLVS.)

CB) flore regulari; ſtylo ſimplici; germine ſub receptaculo demerſo; receptaculo convexo, perforato, magno; ſtylo filiformi, ſenſim altius excreſcente, ſtigmatibus 2-3 acutis, tenuibus, reflexis; calycis 5-fidi patentis, perſiſtentis, laciniis acutis, coloratis, baſi calycis plani diſtincte integra; petalis ob-ovatis, patentibus, calyce vix majoribus; filamentis ſubulatis, brevibus, antheris ovatis; fructubus numero ſtigmatum interne coalitis, ſingulo ibidem ſeminiformi ſ. nuciformi, extrorſum in alam membranaceam, ſuperne teneriorem, protenſa - - - - 443. ACER.

D) Floribus calycinis, calyce 4-partito, campanulato, ſupero, tubo cylindrico, limbo patulo, laciniis obtuſiuſculis, coloratis; germine infero, rotundato, ſtylo cylindrico, calyci fere aequali, ſtigmate 8-fido, gibbo, obtuſo; antheris oblongis, apici ſtyli ſub ſtigmate adnatis, ſeſſilibus; bacca ſub-rotunda, coriacea, coronata, 8-loculari; ſeminibus numeroſis, minutis, ſub-rotundis - - - 444. CYTINVS.

DIGYNIA.

A) Corolla 5-petala, ſupera, calyci inſerta, fructu 2-ſpermo - - (CRATAEGVS.)

B) Corolla 4-petala, infera; calyce 4-phyllo, germine ſimplici; capſula 1-loculari, polyſperma, ſub-globoſa, 4-valvi; ſeminibus ſub-rotundis, hinc convexis, inde angulatis; foliolis calycis lanceolatis, patentibus, indiviſis, calyce brevioribus; filamentis capillaribus, antheris ſimplicibus; germine globoſo, ſtylis erectis, ſtamina aequantibus, ſtigmate ſingulo ſimplici - - - - 445. MOEHRINGIA.

C) Flore calycino, 4-fido; capſula 1-loculari, polyſperma, 2-partita, 2-roſtri, cincta calyce virente; ſeminibus copioſis, minutis; calyce 4-partito, patente, ſub-colorato, laciniis ovatis, oppoſitis anguſtioribus; filamentis ſubulatis, erectis, breviſſimis, in receptaculo angulato poſitis, antheris ſimplicibus; germine infero, deſinente in ſtylos 2. ſubulatos; longitudine ſtaminum, ſtigmate ſingulo obtuſo - - 446. CHRYSOSPLENIVM.

D) Flore calycino 5-phyllo, colorato, fructu 1-ſpermo - - (POLYGONVM.)

E) Flore calycino 8-fido, fructu 1-ſpermo - - - (VLMVS.)

TRIGYNIA.

A) Corolla 4-petala; calyce 4-phyllo; petalo ſingulo baſi ſolum foliifero, obtuſo; foliolis acceſſoriis germen includentibus, petalis innatis, 2. in labium erectum, apice calloſis, latere uncinatis, 2. in labium clauſum appoſitis; calycis foliolis obtuſis, concavis, alternis interioribus magnitudine corollae, perſiſtentibus; filamentis ſubulatis,

foliola acceſſoria aequantibus, antheris parvis; germine 3 - quetro, ſtylis 3. brevibus, ſtigmate ſingulo ſimplici; capſula ſub - rotunda, inflata, 3 - loba, 3 - loculari, apice dehiſcente, 3 - ſperma; ſeminibus globoſis, baſi cicatrice cordata - - 447. CARDIOSPERMUM. (*)

B) Calyce ſolo 5 - partito, fructu 1 - ſpermo, germine ſeſſili, 3 - gono; calyce perſiſtente, colorato; filamentis ſubulatis, flore brevioribus, antheris ſub - rotundis; ſtylis 3. filiformibus, ſtigmate ſingulo ſimplici; calyce turbinato, laciniis ovatis, obtuſis; fructu ſeminiformi, 3 - quetro, acuto - - - - 448. POLYGONUM.

TETRAGYNIA.

A) ſtylis 4., germine ſimplici

AA) ſupero, 4 - loculari, corolla calyceque magnitudine ſub - aequali

a) petalis et foliolis calycinis patentibus, elongatis, acutis, perſiſtentibus et ſubſimilibus; foliis calycinis lanceolatis; petalis ſubulatis; filamentis ſubulatis, antheris elongatis, folliculo utroque filamenti medio in ſingulo latere adnato; germine globato, 4 - gono, ſtylis erga ſtamina brevioribus, ſtigmate ſingulo ſimplici; bacca globoſo - 4 gona; ſeminibus in ſingulo loculo pluribus, gemino ordine incumbentibus - - - - - - - 449. PARIS.

b) petalis et foliolis calycinis latiuſculis; foliolis calycinis ſub - rotundis, planis, perſiſtentibus; petalis ovatis, obtuſis, ſeſſilibus, patentibus; filamentis longitudine corollae, antheris ſimplicibus; germine globoſo - depreſſo, magno, ſtylis erectis, ſtamina aequantibus, ſtigmate ſingulo ſimplici; capſula orbiculata, globoſo - depreſſa, magna, 4 - valvi; ſeminibus copioſis, lunulatis, rotatim receptaculum cingentibus - - - - - - 450. ELATINE.

AB) infero, 4 - loculari; corolla ſolum ſupera; germine inter corollam et calycem; calyce 2 - fido, plano, perſiſtente; corolla ſub - calycina, plana, 4 - fida, laciniis ovatis, acutis, calyce longioribus; filamentis ſubulatis, calycem aequantibus, antheris ſub - rotundis; ſtylis ſimplicibus, erectis, ſtamina aequantibus, perſiſtentibus, ſtigmate ſingulo ſimplici; bacca globoſa, intra calycem et corollam, cum calyce coalita, umbilicata, 4 - ſperma; ſeminibus compreſſis - - 451. ADOXA.

B) Germinibus 4. diſtinctis; corolla 4 - petala

a) non calyculata, vel ipſa calycina, ſtaminibus liberis, ſtigmate ſingulo ſeſſili, antheris oblongis, elevatis, filamentis capillaribus, flore longioribus, flaccidis; foliolis calycis oblongis, erectis, extimo majore, intimo minore; ſtigmate ſinguli germinis oblongi pubeſcente, fructubus 4. ſeminiformibus - - 452. MYRIOPHYLLUM. ☿

b) corolla calyculata, calyce 4 - partito vel 4 - phyllo, germine ſingulo in ſtylum decreſcente

ba) germinibus 2 - ſpermis, baſi non ſquamoſis - - - (TILLAEA.)

bb) germinibus polyſpermis, ſquama ſingulo ad baſin extus appoſita; filamentis ſubulatis, antheris ſub - rotundis

α) ſtylis et ſtigmatibus obſoletis; calyce erecto, obtuſo, perſiſtente; petalis oblongis, obtuſis, erecto - patentibus, calyce duplo longioribus; fructu abortiente - - - - - - 453. RHODIOLA.

β) ſtylis ☿

Digitized by Google

β) ſtylis et ſtigmatibus diſtinctis, his obtuſis; calyce petaliſque acutis; illo magis erecto, his magis patentibus, planis; folliculis 4. acuminatis, compreſſis, verſus baſin emarginatis, longitudinaliter ſutura introrſum dehiſcentibus; ſeminibus copioſis, minutis - - - - - (SEDVM.)

POLYGYNIA.

Germine multiplici, ſingulo 1 - ſpermo, corolla 5 - petala, calyculata, petalis calyce majoribus; baſi ſquamula parva interne inſtructis; calyce 5 - phyllo; ſtigmate ſingulo ſeſſili; fructu ſingulo ſeminiformi, clauſo - - - - (RANVNCVLVS.)

AGYNIA.

A) Floribus corollinis, calyculatis, corolla 5 - petala; rudimento piſtilli praeſente, petalis ſeſſilibus; filamentis glandulae inſertis receptaculum formante; calyce corollaque ut in flore hermaphrodito; ſtigmate 2 - fido ſolum praeſente - - (ACER.) ♂ *

B) Floribus nudis corollinis, aut incompletis calycinis, calyce 6 - fido, campanulato; floribus in amentum digeſtis; filamentis ſetaceis, calyci aequalibus - - - 454. FAGVS.

C) Flore amentaceo dioico, amento cylindraceo, oblongo, laxe imbricato; ſquama ſingula oblonga, plana, margine lacera, 1 - flora; filamentis breviſſimis, retentis intra cucullum turbinatum, ſuperne limbo ovato oblique apertum; antheris 4 - gonis, magnis - - - - - - - - 455. POPVLVS.

D) Flore apetalo, ſolum e gemma imbricata emergente, multiflora, filamentis florum plurium in columnam coalitis, gerentem flores (antheras Linn.) ſingulos ex 8. antheris ſimplicibus, 1 - follicularibus, in peltam ſubtus dehiſcentem, 8 - fidam, concretos - 456. TAXVS.

Digitized by Google

CLASSIS IX.

ENNEANDRIA

MONOGYNIA.

Germine cincto glandulis 3. duplicibus coloratis; filamentis compreſſis, tribus interioribus ad baſin, ſingulis glandula duplici globoſa, etiam adauctis, antherarum folliculis margini filamentorum infra apicem adnatis; germine ovato, ſtylo ſtaminibus aequali, ſtigmate obtuſo; fructu 1 - ſpermo; flore 6 - partito, partibus 3. magis exterioribus, partibus floris 6. aequalioribus, corollinis, ovatis, acuminatis; glandulis circa germen poſitis, acuminatis, in 2 - ſetas deſinentibus; filamentis obtuſis; ſtigmate obliquo; drupa ovali, acuminata, corolla comprehenſa, nuce ſemineque conformi - 457. LAVRVS.

TRIGYNIA.

Corolla 6 - partita, marceſcente, nuda, laciniis alternis minoribus; filamentis capillaribus, corollae inſertis, antheris didymis, oblongis, obtuſis; germine 3 - quetro, ſtigmatibus 3. ſeſſilibus, plumoſis, reflexis; fructu ſeminiformi 3 - quetro, acuto, marginibus membranaceis - - - - - - - 458. RHEVM.

HEXAGYNIA.

Involucro 3 - phyllo umbellae multiflorae; corolla nuda, 6 - petala, marceſcente, petalis 3. externis minoribus, magis acutis; filamentis ſubulatis, 6. magis exterioribus; germinibus 6. diſtinctis, in ſtylos deſinentibus, ſtigmate ſingulo ſimplici; capſulis 6, introrſum dehiſcentibus, polyſpermis; ſeminibus oblongo - cylindraceis - - 459. BVTOMVS.

AGYNIA.

A) Calyce 3 - phyllo, cum corolla 3 - petala praeſente; ſpatha 2 - valvi, multiflora; petalis ſub - rotundis, planis, magnis; filamentis in 3. ordines digeſtis, ordine utroque extimo baſi connexo, intermedio verſus centrum ſtipitem, quaſi ſtylum, exſerente,

rente, ſubulatis, antheris ſimplicibus; germinis rudimento in centro; floribus 3. intra ſpatham collectis - - - - - - 460. HYDROCHARIS.

B) Flore incompleto, calycino

BA) 5 - partito, laciniis ovato - lanceolatis, concavis, patentibus; filamentis capillaribus, calyci aequalibus, antheris globoſis, didymis - - - 461. MERCURIALIS.

BB) 9 - partito, floribus in amentum colſectis, filamentis breviſſimis, antheris magnis, didymis - - - - - - - - (QVERCVS.)

CLASSIS X.

D E C A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

A) Flore 1 - petalo, corolla cingente genitalia

a) corolla 4 - partita, irregulari, papilionacea, filamentis coalitis, fructu leguminoſo - - - - - - - - (TRIFOLIVM.)

b) corolla 5 - partita; calyce 5 - partito; fructu polyſpermo, ſupero, 5 - loculari

1) antheris 2 - cornibus; calyce ſolum 5 - fido praeſente, infero, minuto, perſiſtente; ſtylo cylindraceo, ſtaminibus longiore, ſtigmate obtuſo; antheris brevibus, nutantibus; corolla campanulata, vel ovata, laciniis reflexis; filamentis corolla brevioribus, ei ſolum infimo margine affixis

A) ſubulatis; calyce colorato; capſula 5 - gona, 5 - valvi, angulis dehiſcente, diſſepimentis contrariis - - - - - 462. ANDROMEDA.

B) ſubulatis apice, baſi ventricoſis; germine receptaculo 10. punctis notato inſiſtente; fructu baccato - - - - - 463. ARBVTVS.

2) antheris ecornibus, ſtigmate obtuſo, flore infero; calyce ſimplici; 5 - partito, perſiſtente; flore obliquo; filamentis corollae ſub - aequalibus, capſula 5 - partibili; ſeminibus minutis

A) corolla externe juxta limbi ambitum 10. cornicula nectarifera exſerente, tubo corollae cylindrico, limbo patente - plano, ambitu erecto, ſemi 5 fido; calycis 5 - partiti laciniis ſub - ovatis, acutis, teretiuſculis; filamentis ſubulatis, baſi corollae inſertis; germine ſubrotundo, ſtylo corolla longiore, declinato; capſula ſub - globoſa, depreſſa - - - - 464. KALMIA. (*)

B) co-

Digitized by Google

B) corolla ecorni, rotato - infundibuliformi, limbo patente, laciniis rotundatis; filamentis filiformibus, declinatis; germine 5 - gono, ſtylo corollae fere aequali, capſula ſub - angulata - - - - 465. RHODODENDRON.

B) Flore 5 - petalo (papilionaceis incluſis)

BA) ſtigmate ſimplici, calyce infero

a) genitalibus declinatis

α) filamentis coalitis, corolla papilionacea nutante, petalis 2. infimis carinae ſolum appoſitis, vel in carinam 2 - unguiculatam concretis (*Diadelphae decandrae* L. *Leguminoſae*)

αα) ſingularibus notis differentes

1) carina ſpiraliter (contra ſolem) revoluta, alis ovatis unguiculatis, vexillo cordato, reclinato, lateribus reflexo; calyce bilabiato, labio ſuperiore emarginato, inferiore 3 - dentato ($\frac{2}{3}$); filamentis ſtyloque ſpiralibus, illis diadelphis, 9. coalitis, 1. diſtincto ($\frac{1}{9}$); ſtigmate obtuſo, craſſiuſculo, villoſo; legumine elongato, recto; ſeminibus oblongo - reniformibus - - - - - 466. PHASEOLVS. (*)

2) ſtaminibus inſigniter alternis, 1 - adelphis, antheris 5. oblongis, 5. ſubrotundis; ſtylo praeſente, ſubulato; vexillo emarginato; legumine coriaceo, 1 - loculari, oblongo, corolla recta, vexillo cordato - ſubrotundo, lateribus reflexis compreſſo, alis et carina ei fere aequalibus, illis ovatis, hac ſurſum fulcata, integra; germine ſubulato, polyſpermo; legumine 2 - valvi, ſeminibusque compreſſis - - 467. LVPINVS.

3) calyce 2 - phyllo, foliolis ovato - oblongis, concavis, rectis, aequalibus, carina paullo brevioribus, ſuperiore 2 - dentato, inferiore 3 - dentato; vexillo obcordato, emarginato, erecto, maximo, alis oblongis obtuſis, carina 2 - petala; filamentis 2 - adelphis ($\frac{1}{9}$); germine cylindrico, ſtylo filiformi; legumine oblongo, turgido, paucis ſeminibus inſtructo - - - - - - - 468. VLEX.

αβ) non priorum; carina non ſpirali; ſtaminibus 1 - adelphis, vel 2 - adelphis cum 9 - fido; antheris ſubaequalibus; calyce 1 - phyllo diviſo

1) calyce obliquo, hinc (inferne) verſus apicem 5. denticulis notato, colorato, parvo; vexillo obcordato, toto reflexo, maximo, alis ovatis, oblongis, brevioribus, filamentis annexis, petalis carinae 2 - petalae, alas ſuperantis, lanceolato - oblongis, margine carinali per villos connexis; filamentis adhaerentibus; filamentis 2 - adelphis, germini annexis ($\frac{1}{9}$), ſupremo breviſſimo; germine oblongo, hirſuto, ſtylo ſubulato, ſtigmate ſuperiori lateri apicis adnato, oblongo, villoſo; legumine cylindraceo, polyſpermo; ſeminibus globoſo - reniformibus - 469. SPARTIVM.

2) calyce 2 - labiato inaequali, 5 - dentato, varia proportione

2a) laciniis 3. ſuperis, media emarginata, infera latiore, lateralibus linearibus, infero labio lineari, ſimpliciſſimo ($\frac{3}{1}$); corolla 5 - petala, alis oblongis, carinae ſimilibus, paullo majoribus, vexillo ovato - lanceolato, recto, longiore; ſtaminibus diadelphis ($\frac{1}{9}$), antheris ſub - rotundis;

tundis; germine brevi, ſtylo ſubulato; legumine ovato, compreſſo, acuto, ſeminibus reniformibus, pauciſſimis - - 470. GLYCIRRHIZA.

2b) lacinia ſupera inferaque integra ($\frac{1}{1}$) - - - (CYTISVS.)

2c) laciniis 2. ſuperis, 3. inferis ($\frac{2}{3}$) ($\frac{1}{3}$)

A) ſtaminibus 1 - adelphis; corolla 4 - petala, carina emarginata, 1-petala, recta, vexilli longitudinem ſuperante, alis oblongis laxis, brevioribus vexillo oblongo, a carina remoto, toto reflexo; calycis labio ſuperiore 2 - dentato, profundius diviſo, inferiore 3-dentato, ſub - aequali; germine oblongo, ſtigmate acuto, involuto; legumine ſubrotundo, turgido, 1 - ſpermo; ſemine reniformi - - - - - 471. GENISTA.

B) ſtaminibus diadelphis ($\frac{1}{9}$) vexillo aperto,

a) reflexo toto; ſtylo aſcendente; carina compreſſa acuminata, aſcendente, alis ovatis, ſurſum conniventibus, deorſum dehiſcentibus, obtuſis, vexillo cordato, undique reflexo, alis vix longiore; filamentis non revolutis; calycis dentibus 2. ſuperis coalitis, 3. inferis minoribus; floribus umbellatis - 472. CORONILLA.

b) lateribus inflexo, ovato, aſſurgente, alis ei aequalibus, rectis, obtuſis, carina ventriculoſa, acuminata; calycis labio ſuperiore 2 - fido, acuto inferiore 3 - dentato - - 473. CYTISVS.

3) calyce 4 - dentato; ſtaminibus 2 - adelphis; vexillo ſub - rotundo, carina latiuſcula, compreſſa; ſtigmate villoſo decurrente (Robiniae caraganae glabro), dente calycino ſupremo

A) duplo latiore reliquis, vix manifeſte emarginato, 3. inferis tenuioribus, longitudinae omnibus aequalibus; vexillo patente, obtuſo, alis oblongis, ovatis, carina fere ſemi - orbiculata; ſtigmate antice ad apicem ſtyli villoſo - - - - 474. ROBINIA.

B) reliquis ſub - aequali, emarginato; vexillo magno, utrinque ad baſin calloſo, callo utroque alas comprimente, alis ovatis, obtuſis, carinam aequantibus lunulatam, apice aſcendentem; ſtigmate introrſum a medietate ad apicem ſtyli excurrente, hoc apice antice calloſo, obtuſo - - - - - - 475. DOLICHOS.

4) calyce 5 - dentato

4a) ſingularibus notis differentes

A) alis depauperatis, fere nullis, ſolum rudimentis lunulatis obſoletis; vexillo elongato; calycis dentibus abbreviatis; fructu polyſpermo - - - - - - (COLVTEA.)

B) genitalibus vexillum reprimentibus, carina ſimul deorſa; vexillo ovato, integro; marginibus inflexis, toto reflexo, alis ovato - oblongis, appendice carinae affixis, lateribus ſub carina conniventibus, hac oblonga, 2 - fida, patente, obtuſa, deflexa a piſtillo, et a vexillo deorſum hiante calyce campanulato - cylindraceo, aequali; filamentis 2 - adelphis; germine pedicellato, filamentis evoluto,

 e ca-

e carina prominente, vexillum reflectente; deſinente in ſtylum fere rectum - - - - - - 476. MEDICAGO.

4b) non priorum; alis non depauperatis; genitalibus carina incluſis;

A) ſtaminibus 1 - adelphis

AA) calyce ſub - 5 - phyllo, laciniis linearibus, acuminatis, leviter ſurſum arcuatis, corollam fere aequantibus; vexillo cordato, ſtriato, lateribus depreſſo, majore, alis ovatis, dimidio brevioribus, carina acuminata alis fere longiore; vagina filamentorum ſuperne fiſſa; germine villoſo, ſtylo ſimplici aſſurgente; legumine rhombeo, turgido, ſeſſili, ſubvilloſo, paucis ſeminibus referto - - - - - - 477. ONONIS.

AB) calyce apice tantum 5 - fido, corollam non aequante majorem; vagina filamentorum integra, ſeminibus paucis; vexillo longiore petalis reliquis; calyce inflato, ventricoſo, ovato - oblongo, villoſo, inaequali, perſiſtente; germine ſeſſili; vexillo ob - ovato, lateribus reflexo, longitudine calycis unguiculato; legumine ſub - rotundo, intra calycem latente, 2 - valvi, 1 - 2 - ſpermo - - - - - - 478. ANTHYLLIS.

B) ſtaminibus 2 - adelphis (9/1).

BA) flore patentiſſimo, vexillo maximo expanſo, carina et alis etiam ſpectabilibus, ſtylo ſuperne pubeſcente

a) calycis dentibus ſub - aequalibus; germine oblongo, compreſſo, utrinque attenuato, linea barbata a medio ſtyli ad ejus apicem a parte ſuperiori extenſa; legumine membranaceo, veſicario - inflato, polyſpermo - - 479. COLUTEA.

b) calycis dentibus 2. ſupremis brevioribus, vexillo ob - cordato, reflexo, alis carinaque latiuſculis, conniventibus; legumine polyſpermo, elongato, acuminato, ſeminibus globoſis

α) ſtylo 3 - angulari, angulo ſuperiore villoſo - 480. PISUM.

β) ſtylo plano, ſuperne latiore, apice acuto, a medietate ad apicem antice villoſo - - - 481. LATHYRUS.

BB) Flore magis protenſo, apice magis patente, ſubtubulato

a) ſtylo pubeſcente; dentibus calycis 2. ſuperis brevioribus, vexillo lateribus reflexo, alis oblongis; carina baſi 2 - fida, ventriculoſa

aa) ſtylo longitudinaliter villoſo, a medietate ad apicem; calycis dentibus 2. ſuperioribus profundius et obtuſe diviſis, dentibus 3. inferioribus magis acutis - - 482. OROBUS.

ab) ſtylo transverſe ſub apice barbato; dentibus calycinis ſuperis conniventibus, omnibus latitudine aequalibus - 483. VICIA.

b) ſtylo non pubeſcente

ba) calyce 5 - fido

α) corolla ſingulariter diſtincta

αα) ſub-

Digitized by Google

αα) ſub - 3 - petala, carina breviſſima, retracta, in medio flore poſita, vexillo et alis ſubaequalibus, reflexo - patentibus, florem 3 - petalum quaſi mentientibus regularem; calycis denticulis ſubulatis - 484. TRIGONELLA.

αβ) carina triangulari - latiuſcula, antice late truncata; vexillo ovato - oblongo, elongato, compreſſo, reflexo; alis oblongis, vexillo et carina anguſtioribus, petalis omnibus ſtriatis; calycis laciniis ſubulatis; genitalibus, cogente carina, in angulum rectum inflexis; legumine 1 - ſpermo, vel ex articulis monoſpermis compoſito, compreſſo - - 485. HEDYSARVM.

β) corolla minus diſtincta

βα) laciniis calycis ſub - aequalibus

1) erga corollam minoribus

1a) vexillo lateribus reflexo

A) carina obtuſa, alis ei aequalibus, ovato - oblongis, vexillo majore aſcendente, ſub - rotundo; legumine magno, lineari, plano, polyſpermo, 2 - loculari, valvulis naviculari-carinatis, diſſepimento contrariis - 486. BISERRVLA.

B) carina acuta, ventre gibba

BA) calyce ſub - inflato, dentibus ſub - aequalibus, ſuperioribus minus diviſis; vexillo ſub - rotundo, emarginato, alis ſubovatis; germine ſub - reflexo, ſtylo ſurſum inflexo; legumine elongato, polyſpermo, revoluto, transverſe multiloculari, externe ſub - nodoſo - - 487. SCORPIVRVS.

BB) calyce tubulato; dentibus ſub - aequalibus, ſubulatis; vexillo ovato, alis oblongis; germine recto, ſtylo aſcendente; legumine elongato, recto, ſtriis obliquis exarato - - - 488. GALEGA.

1b) Vexillo lateribus inflexo, ſubrotundo, ungue oblongo, concavo; alis ſubrotundis, latis, brevioribus vexillo, ſurſum conniventibus; carina inferne gibba, ſuperne clauſa; acuminata, aſcendente; calycis dentibus acutis, erectis; filamentorum apicibus latiuſculis; legumine cylindrico, ſtricto, multiloculari, polyſpermo; floribus umbellatis - - - 489. LOTVS.

2) corollam eam aequantibus; vexillo plano, ſub - rotundo, alis obtuſis, dimidio brevioribus, carina alis breviore, acutiuſcula

 2a) la-

2a) laciniis calycis aequalius diſtributis; vexillo leviter reflexo; legumine oblongo, compreſſo, protuberante ſeminibus 1 - 4. orbiculatis, depreſſis - - - - 490. Ervum.

2b) laciniis calycis 4. vexillo incumbentibus, intermediis 2. longitudinaliter conniventibus, 5. infima carinae ſub-ſtrata; vexillo lateribus inflexo; legumine rhombeo, turgido - inflato, ſeminibus circiter 2. ovato - angulatis, termino craſſiore nodoſis - - 491. Cicer.

ββ) laciniis calycis inaequalibus, omnibus acutis, infima duplo longiore, calyce tuberculis punctato; vexillo ſub - rotundo, emarginato, aſſurgente, alis lunulatis, obtuſis, parvis; carina 2 - petala, lunulata, obtuſa; germine ſeſſili; legumine acuminato, 1-ſpermo - - - - 492. Psoralea.

bb) calyce 5 - dentato

α) legumine 2 - loculari, ſutura ſupera ſeminifera cum parietibus leguminis introrſum flexa

αα) diſſepimento cavum leguminis totaliter in bina diſtinguente, vexillo lateribus reflexo - 493. Astragalus.

ββ) diſſepimento ſolum in cavum leguminis deſcendente, hoc ſemi - 2 - loculari; vexillo recto - 494. Phaca.

β) legumine 1 - loculari, vel transverſe articulato

βα) floribus umbellatis, leguminibus ultra calycem longe protenſis, articulatis, arcuatis

1) legumine tereti; ſeminibus ſub - rotundis - 495. Ornithopus.

2) legumine compreſſo - membranaceo, altera inferiore multoties ſinubus excavata ſub - rotundis, articulos 1 - ſpermos diſtinguentibus; ſeminibus oblongis - - - - 496. Hippocrepis.

ββ) floribus in capitulum, ſpicam, vel umbellam denſiorem congeſtis; legumine paucis ſeminibus referto, contracto, rarius ultra calycem prominente - 497. Trifolium.

β) filamentis liberis, petalis 5 - ſemper diſtinctis

βα) germine polyſpermo, leguminoſo

1) corolla ſub - papilionacea, vere 5 - petala, carina 2 - petala, vexillo breviore, petalis carinam mentientibus, ſibi margine infero incumbentibus, petalis omnibus unguiculatis; calyce campanulato, inferne gibbo, mellifero, ore 5 - dentato, obtuſo; germine pedicellato, glandula ſtyliformi ſub eo affixa, ſtigmate obtuſo; legumine oblongo - 498. Cercis.

2) corolla tota patente, ſtaminibus ſuperis numero varie depauperatis ſ. ſterilibus; germine pedicellato; petalis inferis paullo magis deflexis, laciniis calycis 5 - phylli ſub - aequalibus; filamentis glabris, antheris apice

apice plus vel minus roſtratis; ſtigmate obtuſo; (Huc et Bauhinia ?) legumine transverſis ſepimentis multiloculari - - 499. CASSIA. (*)

ββ) germine 5 - loculari, angulato; calyce erga florem parvo

1) petalis unguiculatis, ovato - lanceolatis, acuminatis, inaequalibus, duobus ſurſum flexis, infimo deflexo; calyce 5 - phyllo, foliolis oblongis, acuminatis; filamentis ſubulatis, inaequalibus, glandulis aſperſis, antheris oblongis, 4 - gonis, aſſurgentibus, lateraliter apertis; germine per receptaculum elevato, ſtylo brevi, ſtigmate acuto; folliculis capſularibus 5, introrſum coalitis, compreſſis, acuminatis, 2-ſpermis; ſeminibus ſinguli folliculi intra arillum elaſticum poſitis - 500. DICTAMNUS.

2) petalis ſeſſilibus; filamentis eglanduloſis, antheris apice 2 - foris; ſtigmate craſſiuſculo - - - - (PYROLA.)

b) genitalibus erectiuſculis

ba) germine ſuffulto vel ſtaminibus in tubum coalitis

α) germine glandula ſuffulto, petalis unguiculatis, patentibus, calyce longioribus, laminis ſub - rotundis; filamentis ſubulatis, corollam aequantibus, patentibus, antheris erectis, brevibus, ſueto more lateraliter dehiſcentibus; calyce 5 - partito, brevi, perſiſtente; petalorum unguibus diſtinctis, laminis concavis, margine ciliatis; fructu capſulari polyſpermo - (RUTA.)

β) ſtaminibus in tubum coalitis; calyce ſimplici, non glanduligero; fructu 4-5 - 6 - ſpermo; petalis linearibus; tubo filamentorum 10 - - fido; ſtylo cylindrico, ſtigmate capitato; drupa 4 - 6 - loculari, loculis 1 - ſpermis; calyce parvo, 5 - dentato, erecto, obtuſo; tubo filamentorum cylindrico, 10 - dentato, antheris intra os tubi affixis, eum non ſuperantibus; ſtigmate valvis 5. conniventibus - - - - 501. MELIA. (*)

bb) non priorum: ſed germine ſeſſili, nec cincto, nec ſingulariter ſuffulto; calyce 5 - partito, vel 5 - phyllo; et ſtaminibus liberis

α) ſtigmate ſeſſili, filamentis breviſſimis, flore regulari; calyce 5 - partito, acuto; corolla paullo breviore; petalis oblongis, obtuſis patentibus; filamentis ſubulatis, antheris ſimplicibus; germine oblongo, ſtigmate capitato; fructu 5 - 10 - plici, e 5 - 10 folliculis nuciformibus, aliquot mucronibus armatis, interne transverſe diſſeptis in loculos 2 - 4. 1 - ſpermos - 502. TRIBULUS.

β) ſtylo praeſente; ſtigmate craſſiuſculo; filamentis ſubulatis; fructu 5 - loculari, polyſpermo, capſulari;

βα) calyce et corolla 5 - phyllis, concoloribus, ſub - aequalibus, oblongis, erectis, apice ſerratis, foliolis calycinis baſi gibba melliferis; anthera ſingula tota ſimplici ſutura transverſali aperta - - (MONOTROPA.)

ββ) calyce parvo, viridi, 5 - dentato, perſiſtente; corolla majore patente, petalis concavis, coloratis; ſeminibus minutis, paleaceis -

1) antheris erectis, oblongis, utrinque longitudinaliter apertis, filamentis filiformibus; petalis ovatis; germine ſub - rotundo, ſtylo elongato, filiformi, ſtaminibus aequali; capſula baſi 5 - fariam dehiſcente - 503. LEDUM.

2) antheris nutantibus, magnis, apice ſupero 2 - cornibus, 2 - foris, filamentis ſubulatis; corolla brevioribus; germine angulato - ſubrotundo,

tundo, ſtylo craſſiuſculo, filiformi, ſtaminibus longiore, perſiſtente; capſula 5 - gona, angulis dehiſcente - - - - 504. PYROLA.

BB) ſtigmate partito, 5 - fido; germine ſeſſili, vel tantum glandula ſuffulto

a) ſtylo praeſente; filamentis diſtinctis; germine 5 - cocco, 5 - ſpermo, glandulae inſiſtente plus vel minus ſpecioſae; calyce 5 - partito vel 5 - phyllo; filamentis baſi latiuſculis, antheris ovatis vel oblongis; fructu 5 - folliculari; ſtylo perſiſtente, baſi folliculos affigente demum elaſtice ab eo reſilientes, glandula ſub fructubus nulla - - - - - - - - 505. GERANIUM.

b) ſtylo nullo vel breviſſimo, calyce 5 - phyllo; ſtaminibus 5. petalis accretis, 5. alternis baſi glandulam gerentibus germini; fructu 5 folliculari, ſingulo folliculo ſeminibus aliquot inſtructo - - - - - (TRIBULUS.)

DIGYNIA.

A) Corolla 5 - petala; germine ſimplici

a) petalis longe et anguſte unguiculatis intra calycem tubuloſum, ore 5 - dentatum, laminis extrorſum latioribus extra tubum patentibus, planis, filamentis ſubulatis, antheris incumbentibus, oblongis; ſtylis diſtincte germini inſertis; capſula 1-loculari, polyſperma, calyce tecta

aa) calyce ſtriato, baſi ſquamulis 4. cincto, 2. oppoſitis inferioribus, laminis extrorſum crenatis; ſtylis apice recurvis; capſula apice 4 - fariam dehiſcente; ſeminibus compreſſis - - - - - 506. DIANTHUS.

ab) calycis ſuperficie glabra, baſi nuda; ſtylis erectis, parallelis; capſula apice dehiſcente, baſi intus ſub - loculari; ſeminibus globoſis - - 507. SAPONARIA.

b) petalis patentibus totis, integrioribus

bb) fructu 1 - loculari; petalis intra calycem 5 - phyllum, ſubſeſſilibus, ovatis, obtuſis; calyce campanulato, angulato, 5 - partito, laciniis ovatis, perſiſtente; filamentis ſubulatis, patentibus, antheris ſubrotundis; germine ſub - globoſo, ſtylis filiformibus, ſtigmate ſingulo ſimplici; capſula globoſa, 5 - valvi, polyſperma, ſeminibus ſub - rotundis - - - 508. GYPSOPHILA.

bb) fructu 2 - loculari; calyce 5 - partito; capſula 2 - roſtri, inter apices dehiſcente, calyce intra cornua coronata; diſſepimento utrinque in medio ſeminifero, ceptaculis longitudinalibus; ſeminibus minutis, copioſis; germine ſemi - infero, ſtigmatibus obtuſis; filamentis longitudine alternis, linearibus v. ſubulatis; calyce 5 - fido, glabrato; ſeminibus ſcabris - - - 509. SAXIFRAGA.

B) Flore incompleto

BA) fructu ſeminiformi, calyce arcte incluſo; calyce 1 - phyllo, tubuloſo, ſemi - 5-fido, acuto, perſiſtente, collo coarctato; filamentis ſubulatis, minutis, calyci inſertis, antheris ſub - rotundis; germine ſubrotundo, ſtylis capillaribus, ſtigmate ſingulo ſimplici - - - - - - 510. SCLERANTHUS.

BB) fructu polyſpermo, 1 - loculari, capſulari, 2 - roſtri, 2 - partito, ſemi - 2 - valvi, calyce viridi cincto; ſeminibus minutis; calyce 5 - partito, patente, ſub - colorato,

lorato, perſiſtente, laciniis ovatis, oppoſitis anguſtioribus; filamentis ſubulatis, erectis, breviſſimis, in receptaculo angulato poſitis, antheris ſimplicibus; germine infero, in ſtylos, ſtaminibus aequales, deſinente, ſtigmatibus obtuſis - 511. CHRYSOSPLENIVM.

T R I G Y N I A.

A) Corolla 5 - petala calyculata

AA) petalis longe unguiculatis

a) intra calycem coalitum, tubuloſum, inſignem, perſiſtentem, ore 5 - dentatum; antheris oblongis, filamentis elongatis, ſubulatis, alternis petalorum baſi affixis, brevioribus; germine polyſpermo, ſtigmate ab apice ſtyli ſinguli contra ſolem flexi, diſtincte germini inſerti, decurrente; capſula apice coronato - dehiſcente, ſaepius loculari (raro bacca)

aa) petalis nudis

α) calyce oblongo - - - - - - (LYCHNIS.)

β) calyce ventricoſo, inflato - - - - - 512. CVCVBALVS.

ab) petalis ad baſin laminae ſingulae 2 - dentatis, fauce corollae inde coronato; calyce ventricoſo - clavato - - - - - 513. SILENE.

AB) petalis ſeſſilibus; calyce 5 - fido, vel 5 - phyllo; filamentis ſimplicibus, ſquama petalina nulla

a) petalis integris, capſula 1 - loculari, polyſperma, 3 - 6 - valvi

aa) ſeminibus papposis; calyce 5 - partito; ſtaminibus alternis exterioribus brevioribus; ſtylis plumoſis ſ. ſtigmatibus, germine acuminato; fructu 3 - valvi - (TAMARIX.)

ab) ſeminibus reniformibus; calyce 5 - phyllo, foliolis oblongis, acuminatis, patentibus, perſiſtentibus; petalis ovatis; filamentis ſubulatis, alternis interioribus, antheris ſub - rotundis; germine ovato, ſtylis erecto - reflexis, ſtigmate ſingulo craſſiuſculo; capſula 3 - 6 valvi - - - 514. ARENARIA.

b) petalis 2 - lobis, (imo 5 - partitis) planis, oblongis, marceſcentibus; capſula 1 - loculari, 6 - valvi, polyſperma; ſeminibus ſubrotundis, compreſſis; calyce 5 - phyllo, foliolis ovato - lanceolatis, concavis, acutis, patentibus et perſiſtentibus; filamentis corolla brevioribus, filiformibus, alternis abbreviatis, antheris ſub - rotundis; germine ſub - rotundo, ſtylis capillaribus; ſtigmate ſingulo obtuſo; - 515. STELLARIA.

B) Calyce abſque corolla (niſi perminuta), corpuſculis ſingularibus intra ſtamina et calycem, fructu polyſpermo

a) germine ſimplici, ovato, ſtylis repandis, ſtigmate ſingulo ſimplici; corpuſculis extra ſtamina 5. emarginatis, minutis, in orbem poſitis; filamentis ſubulatis, quorum alterna corpuſculorum dorſo affixa; antheris ſimplicibus; calyce 5 - phyllo, foliolis lanceolatis, concavis, aequalibus; capſula 3 - loculari, 3 - valvi, loculis 2 - 3 - ſpermis; ſeminibus reniformibus - - - 516. CHERLERIA.

b) germine 3 - plici, ſingulo ovato, erecto, acuminato, ſtigmate ſeſſili, ſimplici; corpuſculis 5. extra ſtamina nectariferis, 2 - labiatis, labio exteriore 2 - fido, plano, laciniis longis, lineatibus, obtuſis, labio interiore brevi, ſimplici; filamentis ſubulatis, antheris erectis, obtuſis; capſulis ſ. folliculis 3. connexis, oblongis,

Digitized by Google

longis, acuminatis, compreſſis, 2 - valvibus, ſutura interna convexiore; ſeminibus ovatis, hinc carinatis - - - - - - - 517. GARIDELLA.

TETRAGYNIA.

Calyce 5 - dentato, tubuloſo; petalis 5, unguiculatis; fructu polyſpermo - (LYCHNIS.)

PENTAGYNIA.

A) Flore 5 - petalo

AA) germine ſimplici

a) calyce 1 - phyllo

aa) fructu 1 - loculari, polyſpermo

α) petalis ſeſſilibus intra calycem patentem, folliculis antherinis disjunctis, ſtylis apice vel ſtigmate craſſiuſculis, capſula valvata - - (DROSERA.)

β) petalis longe unguiculatis intra calycem tubuloſum, laminis patentibus, obtuſis; calyce coriaceo, 5 - dentato, perſiſtente; filamentis ſubulatis, alternis ſerioribus, unguibus petalorum inſertis, antheris oblongis; germine ovato, ſtylis filiformibus, ſtigmate ſingulo in ſtyli apice decurrente; capſula oblongo - ovata, calyce tecta, 5 - valvi; ſeminibus reniformibus, punctatis, propriis receptaculis filiformibus affixis - - - 518. AGROSTEMMA.

ab) fructu 5 - loculari, loculis polyſpermis; petalis longe unguiculatis intra calycem tubuloſum, oblongum, membranaceum, 5 - dentatum, perſiſtentem, laciniis petalorum planis, extra calycem liberis; filamentis calyce longioribus; alternis ſerioribus et unguibus petalorum affixis, antheris incumbentibus; germine ſub - ovato, ſtylis ſubulatis, apice contra ſolem flexis, ibique ſtigmatifero - pubeſcentibus; capſula 5 - valvi; ſeminibus rotundiuſculis - 519. LYCHNIS.

b) calyce 2 - phyllo vel profunde 2 - partito; filamentis baſi in tubum brevem, petalis cum hoc tubo coalitis; germine ſemiimmerſo; capſula polyſperma, circumſciſſa - - - - - - - - (PORTULACA.)

c) calyce 5 - phyllo; filamentis baſi non ſquamoſis;

ca) germine 5 - gono, glandulae non inſiſtente, ſtylis praeſentibus; fructu 5-loculari; calyce parvo, erecto, 5 - partito, perſiſtente; petalis anguſte unguiculatis; filamentis ſetaceis, vel capillaribus, baſi coalitis, longitudine alternis, antheris ſub - rotundis; ſtylis erectis, perſiſtentibus; fructu 5 - gono, 5 - ſulcato, 5 - loculari; ſeminibus ſinguli loculi pluribus, arillatis, receptaculo columnari affixis, ovatis, compreſſis; petalis ſupra ungues cohaerentibus, ſeparabilibus, oblongis, erecto - patentibus; fructu capſulari, molli, membranaceo, angulis dehiſcente longitudinaliter; ſtigmatibus obtuſis - 520. OXALIS.

cb) germine tereti, ſtylis diſtincte inſertis, capſula 1 - loculari, apice dehiſcente, ſeminibus ſcabris ſubrotundis, filamentis filiformibus, ſtigmate ſingulo in ſtylo decurrente

α) pe-

Digitized by Google

α) petalis 2 - fidis, obtuſis, erecto - patentibus; calycis foliolis acutis, ovato - lanceolatis, erecto - patentibus; ſeminibus columnari receptaculo in fundo capſulae affixis, hinc craſſis, inde carinatis - - 521. CERASTIUM.

β) petalis integris, ovatis, patentibus; calycis foliolis ovatis, obtuſis, concavis, patentibus; ſeminibus receptaculo multifido in fundo capſulae appenſis, utrinque convexis, margine toto carinato - compreſſis - 522. SPERGULA.

AB) germinibus 5., polyſpermis, ad baſin ſingulo glandula externe adjuto, ſtylis terminalibus; calyce 5 - partito vel 5 - phyllo; petalis lanceolatis, acutis, planis, patentibus; filamentis ſubulatis, antheris ſub - rotundis; folliculis 5. patenti - divergentibus, verſus baſin emarginatis, longitudinaliter introrſum dehiſcentibus; ſeminibus minutis - - - 523. SEDUM.

B) Corolla 1 - petala, campanulata, 5 - fida; germinibus 5. diſtinctis oblongis, ſingulo ad baſin externe ſquamula emarginata, minuta adjuto, deſinente in ſtylum tenuatiorem, ſtigmate ſingulo ſimplici; calyce 1 - phyllo, 5 - fido, acuto, parvo; filamentis ſubulatis, rectis, corollam aequantibus, antheris erectis, 4 - ſulcis; capſulis ſ. folliculis 5. oblongis, ventricoſis, acuminatis, longitudinaliter introrſum dehiſcentibus, polyſpermis; ſeminibus copioſis, minutis - - - - - - 524. COTYLEDON.

C) Floribus incompletis; fructu 5 - loculari infero; filamentis liberis; calyci aequalibus; (*) (ADOXA.)

DECAGYNIA.

A) Corolla ſola praeſente, 5 - petala, petalis ſub - rotundis, concavis, patentibus, apice inflexis, perſiſtentibus; filamentis ſubulatis, corollam aequantibus, antheris ſub - rotundis, lateralibus; germine orbiculato, depreſſo, 10 - ſulcato et toruloſo, ſtylis abbreviatis, patente - reflexis, ſtigmate ſingulo ſimplici, perſiſtente; bacca orbiculata, depreſſa, ſulcis 10. in totidem tubera diſtincta, umbilicata, 10 - loculari, 10 - ſperma - 525. PHYTOLACCA.

B) Calyce corollaque praeſente, hac 5 - petala; calyce 5 - phyllo; germinibus pluribus 1 - ſpermis ſuperis - - - - - - - (*) (RANUNCULUS.)

AGYNIA.

A) Calyce extra corollam praeſente, tubuloſo; corolla 5 - petala, petalis longe intra calycem unguiculatis 5 - fidum; rudimento piſtilli praeſente; ſtaminibus alternis brevioribus, antheris oblongis

AB) calyce oblongo - - - - - - - (LYCHNIS.)

AC) inflato - - - - - - - - (CUCUBALUS.)

Digitized by Google

Classis XI.

P O L Y A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

A) Floribus 1-petalis (Malvaceis ad 5-petalos amandatis), ſtaminibus liberis, filamentis longiſſimis, capillaribus, antheris incumbentibus; calyce 5-dentato, minuto; corolla parva, infundibuliformi, ſemi-5-fida; germine oblongo, ſtylo filiformi, ſtaminibus breviore, ſtigmate truncato; legumine elongato, diſſepimentis pluribus, transverſis, 1-ſpermis - - - - - - - - 526. Mimosa. (*)

B) Floribus 4-petalis

BA) ſuperis, ſtylo 4-partito; laciniis calycis 4. circa germinis truncaturam, latiuſculis, acutis; petalis ſub-rotundis, planis, magnis, acutis, patentibus; filamentis 20-25. linearibus, calycem aequantibus, antheris erectis, ſub-rotundis, 4-ſulcis; capſula ovata, utrinque attenuata, termino ſupero e calyce prominente nuda, 4-loculari, 4-valvi, diſſepimentis contrariis, valvulis affixis, polyſperma; ſeminibus numeroſis, oblongis, minutis, arillis clavatis, acuminatis, baſi denticulatis, involutis - - - - - - - 527. Philadelphus.

BB) inferis fructubus, polyſpermis, calyce praeſente

a) 2-phyllo, foliolis concavis, oblongis, caducis; ſtigmate ſeſſili; filamentis numeroſis, apice paullo latioribus, corolla brevioribus, antheris oblongis, compreſſis, obtuſis, erectis; petalis ſub-rotundis, planis, patentibus

aa) ſtigmate 2-3-lobo, lobis ſimplicibus, non marginatis, germine elongato, ſtaminibus aequali; petalis ſub-aequalibus; fructu ſiliquoſo, elongato, valvulari, 1-3-loculari; ſeminibus varie affixis - - 528. Chelidonium.

ab) ſtigmate multilobo, margine plano lineas ſtigmatiferas radiantes in peltam lobatam connectente, germine contractiore abbreviato, ſuperne truncato-peltigero; petalis alterne inaequalibus; fructu capſulari, ſtigmate perſiſtente, peltato-radiato, ſub pelta foraminibus aperto, interne diſſepimentis, a pariete introrſum tendentibus, dimidiatis, ſemi-multiloculari; ſeminibus parvis, iisdem diſſepimentis annexis - - - - - 529. Papaver.

b) 4-phyllo vel 4-partito

ba) germine fructuque pedicellato, ſtigmate ſeſſili; fructu 1-loculari, polyſpermo; petalis cruciatim poſitis, obtuſis, patentibus, maximis; calyce 4-

phyllo, coriaceo, foliolis ovatis, concavis, gibbis; filamentis numeroſis, filiformibus, antheris oblongis, verſatilibus, inclinatis; ſtigmate obtuſo; bacca corticoſa, ſeminibus reniformibus, nidulantibus - - 530. CAPPARIS.

bb) germine ſeſſili filamentis pluribus, quam 20. ſtigmate ſeſſili, ſimplici; fructu 1 - loculari, polyſpermo

α) filamentis liberis, numeroſis (30.), capillaribus, ſuperne latioribus, antheris ſub - rotundis, erectis, didymis; calycis et corollae partibus inter ſe aequantibus; calycis 4 - phylli foliolis ſubrotundis, obtuſis, concavis, caducis; petalis utrinque acuminatis, calyce majoribus, caducis; germine ovato, ſtigmate craſſiuſculo, obliquo; bacca ovali - globoſa, glabra, hinc 1 - ſulcata; ſeminibus pluribus, ſemiorbiculatis, gemino ordine incumbentibus - - - - - - - - - 531. ACTAEA.

β) filamentis 4 - adelphis, ſ. numeroſis, ſetaceis, baſi leviſſime in 4. partes coalitis, antheris ſubrotundis; calycis et corollae partibus oppoſite inaequalibus; calycis 4 - phylli foliolis 2. exterioribus minutiſſimis, linearibus, 2. interioribus cordatis, magnis, erectis, omnibus perſiſtentibus; petalis ovatis, exterioribus oppoſitis maximis, internis 2. minoribus; germine oblongo, ſtigmate ſimplici; capſula oblonga, acuminata, 1 - loculari, 2. valvi, calycis foliis majoribus incluſa; ſeminibus numeroſis, parvis, ſubrotundis; valvularum margini affixis - - - 532. ASCYRUM. (*)

C) Floribus 5 - petalis, antheris per filamenta, ſtigmate per ſtylum elevatis

a) filamentis coalitis

aa) in tubum ſolum ſtaminiferum

α) ſtigmate 3 - plici; calyce duplici, exteriore 3 - fido, plano, majore, interiore 1 - phyllo, obtuſe 5 - fariam emarginato, cyathiformi; petalis obcordatis, planis, patentibus, tubo ſtaminum baſi adnatis; filamentis numeroſis, inferne in tubum coalitis, ſuperne liberis, laxis, antheris reniformibus; germine ſub - rotundo, ſtylo columnari, ſtaminibus aequali, lacinia ſtigmatis ſingula craſſiuſcula; capſula ſub - rotunda, acuminata, 3 - loculari, 3 - valvi, diſſepimentis contrariis; ſeminibus pluribus ovalibus, lana involutis - - - - - - - 533. GOSSYPIUM. (*)

β) ſtigmate 5 - plici; calyce duplici, exteriore polyphyllo, perſiſtente, foliolis linearibus; vel 1 - phyllo, multifido; interiore cyathiformi, ſemi-5 - fido, perſiſtente, vel 5 - dentato, deciduo; petalis ſubrotundo - oblongis, baſi anguſtioribus, patentibus, tubo ſtaminum inferne adnatis; filamentis plurimis inferne in tubum coalitis, ſuperne laxe divergentibus, antheris reniformibus; germine ſub - rotundo, ſtylo filiformi, ſtaminibus longiore, ſuperne 5 - fido, ſtigmatibus capitatis; capſula 5 - loculari, 5 - valvi, diſſepimentis contrariis, vel clauſo - baccata, loculis 1. - vel polyſpermis; ſeminibus ovato - reniformibus, nudis, vel lanatis - 534. HIBISCUS.

γ) ſtigmate multifido, vel multiplici, petalis tubo ſtaminum adnatis

γα) calyce ſimplici, ſemiquinquefido, floribus ſeparatis; ſtigmatibus capitatis in ſtylo ſuperne multifido; tubo ſtaminum ſuperne multifido; antheris reniformi - ſub - rotundis; fructu capſulari, multiloculari, calyce perſi-

perſiſtente; germine orbiculato; loculis in circulum ſeriatis, 1 - vel polyſpermis, dehiſcentibus, vel clauſis - - - - - 535. SIDA. (*)

γβ) calyce duplici, (tubo ſtaminum in et ſub apice in filamenta ſoluto, antheris, reniformibus) - - -

1) exteriore 3 - fido, obtuſo, breviore, perſiſtente, interiore ſemiquinquefido, acutiore, erectiore, perſiſtente; petalis ob - cordatis, planis, patentibus; germine orbiculato, ſtylo brevi, ſtigmatibus ſetaceis 7 - 14, ſtylum aequantibus; capſula orbiculata, compoſita e verticillo folliculorum, numero ſtigmatibus reſpondentium, tandem dilabentium a ſe invicem et receptaculo centrali; ſeminibus in ſingulo folliculo ſolitariis, reniformibus - - - 536. LAVATERA.

2) exteriore (2) 3 - phyllo, foliolis cordatis, acutis, perſiſtentibus; interiore ſemi - 5 - fido, perſiſtente; loculis fructus numero ſtigmatum reſpondentibus; ſeminibus reniformibus; ſtigmatibus ſetaceis; petalis obcordatis, praemorſis, patentibus; calyce exteriore anguſtiore; germine orbiculato; fructu una ſerie verticillato e folliculis a ſe et receptaculo diſcedentibus, 1 - 3 - ſpermis, 1 - 2 locularibus - 537. MALVA.

3) exteriore 6 - 9 - fido, laciniis anguſtiſſimis, minore perſiſtente; interiore ſemi - 5 - fido, laciniis latioribus, acutioribus, perſiſtentibus; germine orbiculato, ſtigmatibus ſetaceis (20), ſtylum brevem aequantibus; capſula ex una ſerie verticillata folliculorum, tandem a ſe et receptaculo dilabentium, 1 - ſpermorum, numero ſtigmatibus reſpondentium compoſita; ſeminibus compreſſis, reniformibus; petalis obcordatis, praemorſis, planis - - - 538. ALTHAEA.

ab) in laminas, vel portiones plures; germine ſupero; antheris oblongis, filamentis circiter 20. ſubulatis, compreſſis, erectis, in orbem, ſ. cylindrum poſitis, inter ſe in plura vel pauciora corpora connatis; calyce 5 - fido, baſi plano, parvo, marceſcente; petalis oblongis, planis, patentibus; germine ſub - rotundo, ſtylo cylindraceo, ſtaminibus aequali, ſtigmate globoſo, interne 9-loculari; bacca cortice carnoſo, pulpa veſiculis conſtante, 9 - loculari; ſeminibus in ſingulo loculo binis, ſub - ovatis, calloſis - - 539. CITRUS.

b) filamentis liberis

ba) ſtigmate ſimplici

α) ſingulariter diſtincta

αβ) calycis 5 - phylli, perſiſtentis, foliolis 2. inferioribus valde minutis; petalis ſub - rotundis, planis, patentibus; filamentis numeroſis, capillaribus, corolla brevioribus, antheris ſub - rotundis, parvis; germine ſub-rotundo; ſtylo ſtaminibus aequali, ſtigmate plano, orbiculato; capſula ſub - rotunda, calyce obtecta, polyſperma, 1 - 5 - 10 - loculari; ſeminibus ſub - rotundis, parvis - - - 540. CISTUS.

β) calyce ſub - aequali,

βα) floribus inferis germine 1 - loculari, 1 - 2 - ſpermo; ſtaminibus petalis-

taliſque calyci inſertis; fructu teretiuſculo vel compreſſo, drupaceo; laciniis calycis 5 - partiti, tubulato - campanulati, decidui, obtuſis, concavis, patentibus; petalis obtuſis, ſub - rotundis, vel ovato - oblongis; filamentis filiformibus, corolla brevioribus, vel eam aequantibus, antheris ſub - rotundis; germine ſub - rotundo; ſtylo lineari, vel ſurſum craſſiuſculo, ſtigmate capitato, drupa ſub - globata, vel oblonga, hinc 1 - ſulcata, nuce conformi, ſuperficie varia - - 541. PAVRVS.

ββ) floribus ſuperis

1) fructu 1 - ſpermo, baccato; ſtigmate obtuſo, ſtaminibus corolla brevioribus v. ſubaequalibus - - - - (CRATAEGVS.)

2) fructu 2 - 6 - ſpermo, ſtigmate obtuſo; ſtylo filiformi; antheris ſubrotundis; fructu

2a) loculari, baccato; ſeminibus curvatis, oſſeis; calyce 5 - fido, petaligero et ſtaminifero, obtuſiuſculo, perſiſtente, interne in annulum ſub - villoſum elevato; petalis ovatis, integris, magnis; filamentis capillaribus, annulo calycino inſertis - - 542. MYRTVS.

3) fructu polyſpermo, vere infero; calyce 5 - fido, campanulato, perſiſtente, ſtamina et petala affigente; filamentis numeroſis; germine cum calyce confluente, oblongo, ſtylo ſtaminibus aequali, ſtigmate capitato; calycis laciniis acutis; petalis ſub - rotundis, erecto - patentibus; filamentis calyce brevioribus; pomo ſub - globoſo, coronato, ſupra ſeptum horizontale ſub 9 - loculari, infra ſeptum ſub - 3 - loculari, loculis polyſpermis; ſeminibus angulatis, ſucculentis, affixis receptaculo carnoſo, ſcrobiculato, loculamentum ſingulum 2-fariam dividente - - - - 543. PVNICA.

bb) ſtigmate 3 - fido, ſimplici; fructu 3 - loculari; calyce aequali 5 - phyllo, foliolis linearibus, ſaepe dentatis, erectis, corollam aequantibus, acutis, perſiſtentibus; filamentis 15 - 25, ſubulatis, corolla dimidio brevioribus, baſi dilatatis et curvatis, antheris oblongis, erectis; petalis oblongo - ovatis, erecto-patentibus; germine 3 - gono - ſub - rotundo, per receptaculum elevato, ſtylo filiformi, tereti, antheras aequante, ſtigmate oblongo, 3 - quetro, laciniis acutis, conniventibus; capſula 3 - gono - ſubrotunda, 3 - valvi, polyſperma; ſeminibus ovatis, acuminatis - - - - 544. PEGANVM.

bc) ſtigmate 5 - plici vel 5 - fido

α) germine ſupero, 5 - loculari, ſub - rotundo, ſquamis 5 cincto, vel nudo, ſtylo filiformi; calyce ſimplici; petalis oblongis, obtuſis, apice crenatis; filamentis ſubulatis, antheris abbreviatis, lateraliter apertis; capſula coriacea, globoſo - 5 - gona, 5 - loculari, 5 - valvi, baſi dehiſcente; 5-ſperma, (plerumque abortu 1 - ſperma) - - - 545. TILIA.

β) germine infero

βα) ca-

Digitized by Google

βα) calyce 5 - fido; petalis planis, acutis, patentibus; filamentis ſubulatis, validis, antheris 4 - ſulcatis; capſula 5 - loculari - - (PHILADELPHVS.)

ββ) calyce 2 - fido, parvo, apice compreſſo, perſiſtente; petalis planis, obtuſis, erectis; filamentis capillaribus, corolla dimidio brevioribus, antheris ſimplicibus; germine ſub - rotundo, ſtylo ſimplici brevi, ſtigmatis lacinia ſingula oblonga, ſtylum aequante; capſula tecta, ovata, 1-loculari, polyſperma, receptaculo ſeminum libero; ſeminibus parvis - 546. PORTVLACA.

bd) ſtigmate 8 - 10 - fido; calyce 5 - phyllo; filamentis elongatis; petalis calyci ſub - ſimilibus; germine 5 - loculari, 5 - ſpermo - - (TILIA.)

D) Floribus 6 - petalis, inferis; filamentis liberis, aut baſi tantum leviter coalitis,

DA) calyce 1 - phyllo; fructu polyſpermo; ſtylo ſimplici; ſtaminibus 12.; flore regulari; calyce cylindraceo, ſtriato, 12 - dentato, dentibus alternis minoribus; petalis oblongis, obtuſiuſculis, patentibus, unguibus calycis inciſuris inſertis; filamentis filiformibus, longitudine calycis, ſuperioribus brevioribus, antheris ſimplicibus, aſſurgentibus; germine oblongo, ſtylo ſubulato, ſtamina aequante, declinato, ſtigmate orbiculato, aſſurgente; capſula oblonga, acuminata, tecta, 2 - loculari, polyſperma, ſeminibus parvis - - - - 547. LYTHRVM.

DB) calyce 3 phyllo, foliolis ſub - rotundis cum acumine, concavis, caducis; petalis ſub - rotundis; erecto - patentibus, calyce majoribus; filamentis numeroſis, filiformibus, longitudine calycis, antheris oblongis, erectis; germine ovato, 5 - gono, ſtigmate ſeſſili, craſſiuſculo, 5 - lobo, lobis reflexis, obtuſis, perſiſtentibus; capſula ovata, 5 - gona, 1 - loculari, numero valvularum diverſo, receptaculis ſeminum linearibus, valvulas intercedentibus, ſtigma ſuſtinentibus, polyſpermis; ſeminibus minutis - - - - - - 548. ARGEMONE. (*)

E) Floribus polypetalis

EA) inferis; fructu polyſpermo; calyce 4 - 5 phyllo, magno, ſupra colorato, perſiſtente; petalis numeroſis (15). ſeriebus aliquot diſtributis; filamentis numeroſis (— 70), planis, latiuſculis, petalis ſenſim affinibus, curvis, obtuſis, brevibus, folliculis antherinis filamenti utrique margini adnatis; germine magno, ovato, ſtigmate ſeſſili, peltato, orbiculato, plano, radiis notato, margine crenato, perſiſtente; bacca dura, ovata, carnoſa, rudi, collo anguſtata, apice coronata, multiloculari (10 - 15.), pulpa plena, polyſperma; ſeminibus ſub - rotundis - - 549. NYMPHAEA.

EB) ſuperis; calycis foliolis imbricatis, ſenſim in petala, etiam imbricata, tranſeuntibus, fructu 1 - loculari; foliolis calycis quaſi lateraliter urceolo calycino, ultra germen continuato, adnatis, ſurſum majoribus, et ſenſim coloratis; petalis magis in margine urceoli collectis, denſius aggregatis, coloratis, majoribus, forma variis; filamentis numeroſis, ſubulatis, calycis urceolo interne affixis, validioribus, vel capillaribus, antheris oblongis, erectis; ſtylo germinis inferi cum urceolo calycino confluentis, cylindraceo, ſtamina aequante, ſtigmate capitato, multifido - 550. CACTVS. (*)

F) Floribus incompletis, ſuperis; calyce 3 - fido, rarius 2 - fido, 8 - andro, vel 4 - fido, campanulato, coriaceo, colorato, perſiſtente, laciniis erectis, apice inflexis; filamentis 12. ſubulatis, calyce dimidio brevioribus, antheris oblongis, filamentorum parieti medio affixis; germine cum calycis fundo confluente, ſtylo

ſtylo cylindraceo, ſtaminibus aequali; ſtigmate ſtellato, 6-partito, laciniis reflexis; capſula coriacea, ſub-6-loculari, polyſperma; ſeminibus ovatis - 551. Asarum.

DIGYNIA.

A) Flore 5-petalo.
AA) infero
a) patente, ſtaminibus et piſtillis diſtinctis
aa) piſtillis polyſpermis; fructubus ſingulis follicularibus
α) calyce nullo; corpuſculis intra corollam acceſſoriis 5. 3-lobis; ſtylis elongatis praeſentibus - - - - - - (Isopyrum.)
β) calyce 5-phyllo, parvo, perſiſtente, foliolis ſub-rotundis, concavis, reflexis, inaequalibus, magnitudine et ſitu; petalis ſub-rotundis, concavis, baſi anguſtioribus, patentibus, maximis; filamentis numeroſis (300), brevibus, antheris oblongis, 4-gonis, erectis, magnis; germine ſingulo ovato, erecto, tomentoſo, ſtigmate ſeſſili, oblongo, obtuſo, colorato; capſula ſ. folliculo ſingulo, ovato-oblongo, reflexo-patente, tomentoſo, 1-loculari, 1-valvi, longitudinaliter introrſum dehiſcente, polyſpermo; ſeminibus ovalibus, nitidis, coloratis, ſuturae dehiſcenti affixis - 552. Paeonia.
ab) piſtillis 1-ſpermis; germinibus a calyce 1-phyllo, 5-fido, ſimplici, extus ſetoſo, ſtaminigero et petaligero, apparenter ſupero, arcte incluſis et approximatis; ſtylis 2. e calyce emergentibus, ſtamina aequantibus, ſtigmate ſingulo obtuſo; petalis planis, ob-ovato-oblongis; filamentis 12-20. capillaribus, corolla brevioribus, antheris ſub-rotundo-didymis, compreſſis; fructubus 2. ſeminiformibus intra calycem perſiſtentem, clauſum, accretum, et hiſpidum retentis, oblongis, hinc convexis, inde introrſum planis - 553. Agrimonia.
b) cucullato, (petalo 5°), petalis 4. ſubaequalibus; nectariis pedicellatis intra cucullum - - - - - - (Aconitum.)
c) calcarato (petalo 5°), petalis 4. ſubaequalibus, corpuſculis intra calcar 2. vel ſolitario, ſeſſili - - - - - - - (Delphinium.)
AB) ſupero; calyce concavo-patente, 5-fido, perſiſtente; petalis ſub-rotundis, concavis, ſeſſilibus, calyci inſertis; filamentis (20) ſubulatis, calyci inſertis, antheris ſub-rotundis; ſtylis filiformibus, erectis, ſtigmate ſingulo capitato; bacca carnoſa, ſub-rotunda, umbilicata, 2-ſperma; ſeminibus oblongiuſculis, indumento oſſeo veſtitis - - - - - - - 554. Crataegus.

B) Flore incompleto calyculato;
BA germine ſimplici; filamentis 12.; capſula 1-loculari, polyſperma, 2-roſtri, 2-valvi; ſeminibus minutis - - - - - - - - (Chrysosplenium.)
BB) germine duplici, ſtylo ſingulo capillari, ſtigmate penicilliformi; calyce duplici, exteriore 4-phyllo, interiore 4-partito; filamentis capillaribus, elongatis, (30-50), flaccidis - - - - - - - (Poterium.)

TRIGYNIA.

A) Flore 5 - petalo

AA) infero

a) germine ſimplici, ſtylis 3. ſimplicibus; filamentis numeroſis, polyadelphis, capillaribus, baſi in aliquot faſciculos connatis, antheris parvis, rotundiuſculis; calyce 5 - partito, laciniis ſ. foliolis ſub - ovatis, concavis, perſiſtentibus; petalis oblongo - ovatis, obtuſis, oblique ſubtruncatis, ab uno latere ſibi marginaliter impoſitis; germine ſub - rotundo, vel ovato, ſtylis ſimplicibus, diſtantibus, longitudine ſtaminum, ſtigmate ſingulo ſimplici; capſula forma germinis, 3 - loculari, polyſperma; ſeminibus parvis, oblongis - - - 555. Hypericum.

b) germine 3 - plici, ſingulo polyſpermo; folliculo ſingulo interne dehiſcente

ba) flore regulari

α) ſtaminibus in receptaculo floris nudi - - - (Isopyrum.)

β) ſtaminibus in calyce etiam praeſente 1 - phyllo - - (Spiraea.)

bb) flore irregulari, petalis 4. ſubaequalibus, 5° ſingulari coeco, ſaccato, petala priora baſibus tegente, et corpuſcula ſingularia retinente; genitalibus anterius inter petala ſubaequalia recluſis; filamentis capituli forma ſibi et germinum collectioni appreſſis, plerumque deorſum latiuſculis, apice ſubulatis et ſubreflexis, antheris ſub - rotundis; calyce nullo; germinibus in ſtylos, apice ſub - reflexos, deſinentibus, ſtigmate ſingulo ſimplici; ſeminibus angulatis

α) petalo 5° cucullato, aſſurgente, obtuſo, apice aperturae ſuae deorſae acuminato, lateralibus 2. ſub - rotundis, infimis 2. oblongis; corpuſculis intra cucullum duobus, longe pedicellatis, ipſis cornucopiae forma ſaccatis, curvatis, oblique apertis, nectariferis; - - - 556. Aconitum.

β) petalo 5° calcarato, poſtrorſo, acuto, reliquis ſubaequalibus; corpuſculis ſeſſilibus 2. diſtinctis, vel etiam in calcar cavum coalitis, ſolidis, canaliculatis, acutis, calcari, quod replent, conformibus - - 557. Delphinium.

AB) ſupero; calyce concavo - patente, 5 - fido, perſiſtente, ſtaminifero et petaligero; petalis ſub - rotundis, concavis; filamentis 20, ſubulatis, antheris ſub - rotundis; ſtylis filiformibus, erectis, ſtigmatibus capitatis; bacca molli, globoſa, umbilicata, 3 - ſperma; ſeminibus oſſeo indumento veſtitis - - 558. Sorbus.

B) Flore petalis aliquot fiſſis inſtructo, 3 - 5, vel potius 5., ſemi - 3 - fidis, uno petalo ſupremo ad baſin gibbo, mellifero; calycis partiti laciniis anguſtis, acutis, 2. ſuperioribus magis dehiſcentibus; filamentis (11 - 15.) brevibus, antheris erectis, obtuſis, corollam aequantibus; germine gibbo ſub - 3 - gono, in ſtylos 3. breves, validos, deſinente, ſtigmate ſingulo ſimplici; capſula 3 - gona, 1 - loculari, polyſperma, ab initio fructeſcentiae in ſuturis ſtylorum conniventibus aperta; ſeminibus reniformibus, angulis capſulae adnatis - - - - - - - - 559. Reseda.

C) Flore incompleto; germine pedicellato, ſub - rotundo - 3 - quetro, ſtylo ſingulo 2 - fido, ſtigmatibus obtuſis; calyce ventricoſo, 1 - phyllo, perſiſtente, ſub - colorato, ore dentato, corpuſculis craſſis, carnoſis, interdum glandulari - melliferis, ſaepe lunatis, margini calycis affixis, cum ejus dentibus alternis; filamentis 12. et ſupra, in baſi

baſi floris affixis, ſenſim e calycis ore erumpentibus, filiformibus, articulatis, antheris didymis, ſub - rotundis; capſula ſub - rotunda, 3 - cocca, 3 - loculari, 3 - ſperma, elaſtice diſſiliente; ſemine ſingulo ſub - rotundo - - - 560. EUPHORBIA.

T E T R A G Y N I A.

A) Germine coalito, ſupero, petalis 3 - fidis omnibus vel aliquot; fructu, 1 - loculari, capſulari, hiante - - - - - - - (RESEDA.)

B) Germine coalito infero; corolla fimbriata, petalis numeroſis, imbricatis, inferne coalitis; fructu polyſpermo - - - - - (MESEMBRYANTHEMUM.)

P E N T A G Y N I A.

A) Germine ſimplici

AA) ſupero, ſtaminibus liberis

a) petalis - partitis pluribus, petalo uno inſiſtente glandulae, petalis omnibus calyce majoribus; piſtillo 5 - corni, in 5 ſtylos attenuato - - - (RESEDA.)

b) petalis ſimplicibus 5. et extra illa nectariis, ſ. corpuſculis acceſſoriis, ſingularibus; calyce nullo extra petala praeſente; petalo ſingulo ovato, plano, patente, baſi anguſtiore; nectariis 8. intra petala in orbem poſitis, brevibus, ſingulo 2. labiato, labio exteriore majore, 2 - fido, plano, convexo, punctis 2. notato, interiore breviore, anguſtiore, ex ovato in lineam deſinente; filamentis numeroſis, ſubulatis, petalis brevioribus, antheris compreſſis, obtuſis, erectis; germine e 5. folliculis coalito, oblongo, 5 - corni, in 5. ſtylos ſubulatos, angulatos, elongatos, revolutos, perſiſtentes deſinente, longitudinaliter ſtigmatiferos; capſula 5 - loculari, ſuturis a ſtylis interne decurrentibus dehiſcente, polyſperma; ſeminibus angulatis, ſcabris - - - - - - 561. NIGELLA.

AB) Germine infero

a) flore polypetalo, petalis lanceolato - linearibus, numeroſis, ſeriebus pluribus ordinatis, calyce paullo longioribus, unguibus leviter in corollam, quaſi 1 - petalam, coalitis; calyce 5 - fido, acuto, patente, perſiſtente; filamentis numeroſis capillaribus, antheris incumbentibus; germine 5 - gono, obtuſangulo, ſtylis ſubulatis, erecto - reflexis, ſtigmate ſingulo ſimplici; capſula carnoſa, ſubrotunda, umbilico radiis notata, 5 - loculari, polyſperma; ſeminibus ſub - rotundis - - - - - - - - - - 562. MESEMBRYANTHEMUM. (*)

b) flore 5 - petalo; calyce concavo - patente, 5 - fido, perſiſtente, petaligero et ſtaminifero; petalis ſub - rotundis, concavis; filamentis 20. ſubulatis, antheris ſimplicibus; ſtylis ſimplicibus, erectis, e medio germine orientibus, ſtigmate ſingulo obtuſo; fructu ſucculento, 5 - loculari

ba) loculis fructus carnoſi membranaceis, a ſeminibus 1 - vel aliquot diſtinctis - 563. PYRUS.

bb) loculis fructus baccati mollioris 1 - ſpermis, circa ſemina oſſeo - induratis, ipſis ſemina oſſea mentientibus - - - - 564. MESPILUS.

Digitized by Google

B) Germinibus diſtinctis flore 5-petalo

BA) regulari

a) nectariis ultra petala acceſſoriis nullis

aa) ſtaminibus calyci 1-phyllo affixis, filamentis ultra 20, filiformibus, corolla brevioribus, antheris ſub-rotundis; calyce 5-fido, baſi plano-cavato, laciniis acutis, perſiſtente; petalis oblongo-rotundatis, calyci inſertis; germine ſingulo compreſſo, hinc recto, inde convexo, ſtylo e termino ſub-lateraliter oriente, filiformi, ſtigmate capitato; folliculo germinis ſinguli compreſſo, oblongo, acuminato, 2-valvi; ſeminibus aliquot, acuminatis, parvis, ſuturae (ut ubique in folliculis) internae affixis - - 566. Spiraea.

ab) ſtaminibus receptaculo affixis; calyce 5-phyllo; ſtigmate in germine ſingulo ſeſſili - - - - - - - - (Paeonia.) (*)

b) nectariis 5 calcaratis cum petalis alternis dependentibus (vel flore nutante, arrectis), ore obliquo, extrorſum aſcendente apertis, deorſum attenuatis, apice obtuſo et calloſo demum nectariferis, interno oris margine una cum petalis receptaculo annexis; petalis lanceolato-ovatis, planis, patentibus; calyce nullo; filamentis pluribus (30-40) ſubulatis, baſi planiuſculis, exteris brevioribus, antheris oblongis, erectis, ora nectariorum aequantibus; germine ſingulo, ovato-oblongo, deſinente in ſtylum ſubulatum, ſtaminibus longiorem, ſtigmate ſingulo ſimplici, paleis (10) rugoſis (filamentis ſterilibus) germina diſtinguentibus et involventibus; folliculo germinis ſinguli cylindrico, erecto, acuminato, 1-valvi, interne dehiſcente et ſeminifero, polyſpermo; ſeminibus ovatis, carinatis - 567. Aquilegia.

BB) irregulari, petalo 5° cucullato, corpuſcula 2 nectarifera, corniformia, nutantia, pedicellata recondente - - - - - - - (Aconitum.)

HEXAGYNIA.

(Helleborus, Caltha.)

A) Corolla 3-petala, petalis ob-cordatis, erecto-patentibus, calyce duplo majoribus; calyce proprio 3-partito, erecto, deciduo; floribus 3-5 intra ſpatham diphyllam, foliolis navicularibus, compreſſis, obtuſis, conniventibus, carinatis, ſub-aequalibus, perſiſtentibus; flore ſingulo vagina laterali, foliolis ſpathae univerſalis oppoſita, adjuto; filamentis (11-13) fertilibus, filiformibus, antheris linearibus, erectis; ſtaminibus inſuper (20-22) ſterilibus, antheriformibus, lineari-lanceolatis, acutis, in orbem poſitis, longioribus; germine infero, ovato-6-gono, compreſſo, ſtylis 6, 2-partitis, ſtigmate ſingulo ſimplici, recurvo; bacca ovata, utrinque attenuata, 6-edra, 6-loculari, polyſperma, pulpa pellucida; ſeminibus oblongis, cylindraceis - 568. Stratiotes.

B) Corolla 5-petala; petalis aliquot partitis, uno baſi mellifero; germine ſupero; 1-loculari, polyſpermo - - - - - - - ☿ (Reseda.)

C) Corolla nulla; involucro 4-fido, calyciformi, 2-3-floro, ſpinoſo; germine ſinguli floris infero, 6-loculari, 12-ſpermo; calyce ſupero 6-phyllo; ſtylis 6; ſtaminibus circiter 12; nuce matura 1-loculari, mucronata, evalvi, 1-3-ſperma - (Caſtanea.)

POLY-

POLYGYNIA.

A) Flore 4 - petalo

AA) ſtaminibus receptaculo affixis; fructubus ſeminiformibus, 1 - ſpermis; calyce nullo

a) germinibus in ſtylos caudiformes; ſtamina ſuperantes, deſinentibus, ſub - rotundis, compreſſis, ſtigmate ſingulo ſimplici (vel in apice decurrente); filamentis plurimis linearibus, vel verſus antherae folliculos elongatos, lateraliter adnatos, incraſſatis; petalis oblongis, vel elongatis, ſub - linearibus, externe nervoſis, laxis, coriaceis, patentibus; fructubus ſeminiformibus, compreſſis, caudatis - 569. CLEMATIS.

b) germinibus ſaepius pedicellatis, ſtigmata ſeſſilia affigentibus; petalis caducis; filamentis ſuperne latioribus, compreſſis, corolla longioribus, antheris oblongis, erectis; fructubus ovatis, ſulcatis, ecaudatis - - - 570. THALICTRVM.

AB) ſtaminibus affixis calyci 1 - phyllo, 8 - partito, laciniis alternis minoribus; petalis ſub - rotundis, calyci inſertis; ſtylis germinum 1 - ſpermorum lateralibus; fructubus ſeminiformibus (Tormentilla) - - - - (POTENTILLA.)

B) Flore 5 - petalo

BA) petalis calyci 1 - phyllo affixis; perſiſtenti; petalis ſub - rotundis, calyci affixis, integris vel emarginatis, unguibus varie abbreviatis; filamentis numeroſis (20 et ultra), ſubulatis, calyci proxime infra lacinias in orbem affixis, antheris latiuſculis ſub - lunulatis, folliculis in corpuſculo carnoſo dilatato lateralibus; germinibus 1 - ſpermis, ſtylum magis lateraliter emittentibus, ſub ſtigmate obtuſo latiuſculo interdum conſtrictum

a) piſtillis intra calycem patentem liberis

aa) calyce 10 - fido, laciniis alternis minoribus, fructubus ſeminiformibus

α) petalis ſpecioſis

αα) ſtylo (demum emarcido) germini ſingulo erecto lateraliter diſtincte inſerto;

1) ſuperne; receptaculo demum ſicco - - - 571. POTENTILLA.

2) ad baſin; receptaculo demum baccato - ſucculo - - 572. FRAGARIA.

αβ) ſtylo cum germinis oblique flexi apice confluente, una cum fructu ſeminiformi perſiſtente et accreto - - - - 573. GEVM.

β) petalis erga calycem magnum depauperatis, triplo minoribus - 574. COMARVM.

ab) calyce ſimpliciter 5 - fido, patente; fructubus ſingulis maturitate baccatis, acinoſe ſuper receptaculum in capitulum aggregatis - - 575. RVBVS.

b) piſtillis intra calycem ventricoſum, infra lacinias coarctato - clauſum, occultis, apicibus ſtylorum tantum prominentibus; calycis limbo 5 - fido, laciniis ſimplicibus vel appendiculatis, demum caducis, vel emarcidis, tubo calycis demum, maturatione fructuum baccato, colorato; retinente fructus ſeminiformes, oſſeos, ſetis rigidis, denſe approximatis, hiſpidos - - - 576. ROSA.

BB) petalis receptaculo inſidentibus

a) calyce praeſente extra petala raro 3 plerumque 5 - phyllo, foliolis concavis; ſtylis nullis; piſtillis 1 - ſpermis, antheris et piſtillis diſtinctis, ſtigmatibus ſeparatis,

tis,

tis, fructubus ſeminiformibus; calycis foliolis ovatis v. oblongis, ſub-coloratis, deciduis; petalis oblongis, nitidis; filamentis et antheris validiuſculis, his ſaepe reflexis;

α) petalis ungue interne nudis - - - - 577. ADONIS.

β) petalis ungue ſcrobiculo in ſculptis, vel ſquamula aut glandula inſtructis - 578. RANVNCVLVS.

b) calyce extra petala nullo (involucrum non calyx)

ba) nectariis tubuloſis intra petala et ſtamina; piſtillis polyſpermis, in ſtylos deſinentibus, ſtigmate ſingulo ſimplici

α) nectariis 3-lobis 5. aequalibus, breviſſimis, labio exteriore majore; petalis ovatis, aequalibus, patentibus, deciduis; filamentis numeroſis, capillatibus, corolla brevioribus, antheris ſimplicibus; germinibus ovatis; folliculis lunulatis recurvis - - - - 579. ISOPYRVM.

β) nectariis 2-lobis, lobo interno breviore, pluribus; petalis oblongis vel plerumque ſub-rotundis, obtuſis, magnis; filamentis numeroſis ſubulatis, antheris erectis, magnis, compreſſis, inferne anguſtioribus; germinibus oblongo-elongatis, compreſſis; folliculis rectiuſculis, ſuperne curvatis, ſutura interiore convexa - - - - 580. HELLEBORVS.

bb) nectariis nullis, germinibus diſtinctis

α) 1-ſpermis, in fructus ſeminiformes abeuntibus, ecaudatis; ſtigmate ſingulo ſeſſili latiuſculo

αα) germinibus disjunctis, ſubpedicellatis; filamentis ſurſum latiuſculis, antheris oblongo-elongatis; fructubus coſtatis - - (THALICTRVM.)

αβ) germinibus in capitulum denſum collectis; filamentis ſub-capillaribus, antheris ſub-rotundis, ſub-didymis; fructubus non coſtatis - 581. ANEMONE.

β) polyſpermis, oblongo-elongatis, erectis, ſtigmate ſingulo ſeſſili, ſimplici; petalis ovatis, planis, patentibus, magnis, deciduis; filamentis validiuſculis, filiformibus, corolla brevioribus, antheris compreſſis, obtuſis, erectis; folliculis germinum brevibus, acuminatis, patente-divergentibus, 2-carinatis, ſuperne ſ. ſutura interna apertis; ſeminibus ſub-rotundis - 582. CALTHA.

BC) petalis baſi tubo filamentorum coalitorum affixis; ſtylis diſtinctis; calyce ſimplici, ſemi-5-fido; petalis rectioribus; filamentis in tubum coalitis, ſtylos vaginantem; germine orbiculato, ſtigmatibus capitatis - - - (SIDA.)

C) Flore 6 petalo; germinibus ſeparatis;

CA) calyce 3-phyllo; antheris filamentis adnatis (vel potius magis diſtinctis, filamentis lateraliter folliculatis); foliolis calycis (intra involucrum diphyllum deciduum) oblongis, concavis, petaliformibus, patentibus, deciduis; petalis ſpathulatis, obtuſis, baſi canaliculatis, exteris 3. deciduis; filamentis numeroſis, corolla brevioribus, linearibus, receptaculo ſub germinibus inſertis, lateraliter antheras lineares affigentibus; germinibus numeroſis, ſuper receptaculum in conum digeſtis, ſtigmate ſingulo ſeſſili globoſo; fructubus ſeminiformibus, ſingulis baſi compreſſis, acutis, interne angulum acutum emittentibus, ſuperne deſinentibus in ſquamam lanceolatam, omnibus in corpus ſtrobiliforme collectis - - - 583. LIRIODENDRVM. (*)

CB) Ca-

Digitized by Google

CB) calyce nullo; petalis coriaceis; fructubus ſeminiformibus, 1-ſpermis, caudatis; corolla campanulata; antheris ſub-rotundis, filamentis capillaribus - 584. PULSATILLA.

D) Flore polypetalo

DA) germinibus diſtinctis

a) antheris ſub-ſeſſilibus, oblongis; germinibus 1-ſpermis,

aa) ſtaminibus in receptaculo

α) calyce 3-phyllo - - - - - - (RANUNCULUS.)

β) calyce nullo; germinibus aggregatis, oblongis, ſtylis villoſis, ſtigmatibus antheras aequantibus; fructu ſingulo ſeminiformi, in caudam piloſam deſinente; filamentis breviſſimis, antheris oblongis, acuminatis, calyce brevioribus; petalis (12-20) linearibus, baſi anguſtiſſimis, obtuſis, patulis; calyce 4-phyllo, foliolis ovalibus, patentibus, obtuſis, deciduis - 585. ATRAGENE.

ab) ſtaminibus in parietibus floris, piſtilla ſuperantibus, florem non aequantibus, exteris majoribus: filamentis breviſſimis infra antheras, ſurſum intra laterales folliculos, adnatos antherae magnae lineari-ovatae, continuatis, ſupra antheram apiculo diſtincto terminatis; germine ſingulo oblongo, ſtylo diſtincto lineari, ſtigmate ſimplici, craſſiuſculo; flore urceolari 1-phyllo, (receptaculo cavato) genitalia intus et in ora recipiente, extus polypetalo vel polyphyllo a baſi ad oram, foliolis ſurſum ſenſim majoribus, imbricatis, laxo-patulis, coloratis, lanceolatis, ſurſum quaſi a calyce in corollam abeuntibus; fructubus ſeminiformibus caudatis, in calyce demum obovato, incraſſato, baccato retentis - - - - - - - 586. CALYCANTHUS. (*)

b) antheris per filamenta elevatis elongata

ba) calyce diſtincte praeſente

α) 5-phyllo; germinibus 1-ſpermis - - - (ADONIS.)

β) polyphyllo; germinibus polyſpermis - - - - (SEMPERVIVUM.)

bb) calyce diſtincto nullo

α) nectariis extra ſtamina ſingularibus (9.) linearibus, ſurſum paullo lateſcentibus, planiuſculis, ſuperne introrſum paullulum ſpathulato-cavatis, ſtamina non aequantibus; petalis ſub-ovatis, deciduis, (14.) 3. ſeriebus interioribus in ſingula ternis, in extima 4ª quinis; filamentis ſetaceis, antheris oblongis, erectis; germinibus ſtamina non aequantibus, erectis, denſe, ut ſtamina, aggregatis, oblongo-elongatis, in ſtylos breves deſinentibus, ſtigmate ſimplici; folliculis in capitulum collectis, acuminatis, polyſpermis - 587. TROLLIUS.

β) nectariis nullis, involucro calycem 3-phyllum mentiente; antheris ſub-rotundis; germinibus 1-ſpermis - - - - (ANEMONE.)

DB) germine coalito, ſtylis pluribus

a) petalis baſi coalitis, germine radiatim loculari - - - - (MESEMBRIANTHEMUM.)

b) petalis liberis; calyce 5-phyllo; germine demum receptaculi favoſi forma loculis pluribus ſuperne aperto, ſingulo continente ſemen nuciforme, embryone diphyllo - - - - - - - 588. NELUMBIUM. (*)

E) Floribus incompletis, germinibus diſtinctis

EA) partitis, calyce 5-phyllo (corolla ~~perſiſtente viridi~~, aequali; folliculis polyſpermis; nectariis extra ſtamina tubuloſis - - - - (HELLEBORUS.)

EB) ſpa-

EB) ſpathaceis, ſpadiciferis (ARUM, CALLA, ZOSTERA, AMBROSINIA erronee huc quaeri potuiſſent.)

AGYNIA.

A) Floribus 3 - petalis

AA) calyce 3 - fido, petalis cordatis, ſtaminibus 12. fertilibus et pluribus ſterilibus - (STRATIOTES.)

AB) calyce 3 - phyllo; petalis ſub - rotundis, obtuſis, planis, patentibus, calyce 3-plo majoribus; calycis foliolis ovatis, concavis, perſiſtentibus; filamentis numeroſis (24), ſubulatis, in capitulum congeſtis, antheris erectis, calycem aequantibus; floribus monoicis - - - - - - - 589. SAGITTARIA.

B) Floribus 5 - petalis; calyce 1 - phyllo; ſtaminibus et petalis in calyce 5 - fido, ei adnatis

BA) calyce petala aequante - - - - - - (RUBUS)

BB) calyce petalis minore - - - - - - (SPIRAEA.)

C) Flore polypetalo; corolla intra calycem 2 - phyllum duplici, altera 6 - altera 8 - petala; calycis foliolis linearibus, brevibus; petalis 6. ovatis, patulis, aequalibus; 8. interioribus obcordatis, concavis, exterioribus minoribus, et 4. eorum, in ſerie interna, latioribus; filamentis 16. cylindricis, corolla paullo longioribus, antheris terminalibus breviſſimis, obtuſe 4 - lobis - - - - - 590. MENISPERMUM. (*)

D) Floribus incompletis

DA) calycularibus ſuetis, apertis, et partitis, calyce

a) 3 - partito, laciniis patentibus, acutis, ovato - lanceolatis, concavis, foliolis patentibus, acutis, teneris; filamentis liberis capillaribus, 12. erectis, calycem aequantibus, antheris didymis, globoſis - - - - (MERCURIALIS.)

b) 4 - fido vel 4 - phyllo, duplici, exteriore 4 - phyllo, foliolis ovatis, coloratis, caducis, interiore 4 - partito, laciniis ovatis, concavis, patentibus et perſiſtentibus; filamentis 30 - 50. capillaribus, longiſſimis flaccidis, antheris ſub - rotundis, didymis - - - - - - 591. POTERIUM.

c) calyce 5 - phyllo, vel partito; filamentis coalitis in faſciculos ramoſos, antheris terminalibus didymis, ſub - rotundis, cuſpide filamenti inter folliculos antherinos prominente; calyce 5 - partito, laciniis ovatis, concavis, acutis - - 592. RICINUS. (*)

d) calyce 6 - fido, vel 6 - phyllo

α) filamentis abbreviatis (18 - 24), antheris ovalibus; calyce elliptico, plano, 6 - partito, laciniis erecto - concavis, obtuſis; floribus in amentum cylindraceum congeſtis, ſquama ſingula amenti extrorſum verſa, 1 - flora - 593. JUGLANS.

β) filamentis elongatis; calyce 6 - phyllo; antheris oblongis, flore amentaceo - (CASTANEA.)

e) calyce multifido; filamentis vix ullis, antheris (16 - 20.) oblongis; erectis, calyce longioribus; calyce 8 - 10 - partito, laciniis ſubulatis, aequalibus; flore monoico - 594. CERATOPHYLLUM.

BB) amentaceo, vel ſquamiformi, ſquamis ciliatis, ovatis, acutis; filamentis breviſſimis, antheris didymis compreſſis, apice villoſis; floribus in amentum laxum aggregatis - - - - - - - (CARPINUS.)

APPEN-

Digitized by Google

Appendix prior

CLASSIVM SYSTEMATIS SEXVALIS GENITALIBVS DISTINCTIS ET SVETIS GAVDENTIVM CONTINENS

SYNGENESIAM LINNAEI.

Claſſis *Syngeneſiae* Linnaei continet genera plura pentandra, tam varie indolis, quorum antherae connatae, quam alia, *conſtantioris characteris*, *ordinem naturalem formantia*, quarum cauſa Linnaeus hanc claſſem ſolum conſtituebat. Haec ultima genera ſolum etiam huc retinemus, facillime, ſi luberet, loco jam notato, reliquis pentandris (raro tetrandris) apponenda. Staminum tubus antherinus, corolla 1-petala, ſupera, germen 1-ſpermum, fructus ſeminiformis, iis omnibus competunt, ſic ut flos compoſitus, tantum in uno alterove genere, et raro, ſolitarius. Ingenioſam Linnaei ſubdiviſionem hujus claſſis retinere, omnino fas eſſe, et juvare videtur.

SVBORDINES.

Floribus pluribus aggregatis

A) ſolum intra calycem communem (excepto pappo calycino ſupero) et paleis receptaculi ſolitariis

AA) omnibus hermaphroditis . . . . I. Polygamia aequalis.

AB) marginalibus foemineis

a) foecundandis ſtigmate diviſo

aa) foeminis hermaphroditorum etiam foecundandis . . . . II. Polygamia ſuperflua.

ab) foeminis hermaphroditorum ſterilibus, ſtigmate clauſo vel nullo. . III. Polygamia neceſſaria.

b) ſterilibus, ſtigmate nullo, vel clauſo, hermaphroditis foecundandis . . IV. Polygamia fruſtranea.

C) floribus intra calyces 1-multifloros, ipſos cum ſociis aggregatos collectis . . V. Polygamia ſegregata.

I. POLYGAMIA AEQUALIS.

A) Floribus *ſemifloſculoſis*, *omnibus floſculis ligulatis*, ſ. tubo 1 - petalo corollae profunde in altero latere fiſſo, et ligulae forma verſus alterum latus explanato, apice truncato, 5 - dentato; ſtylo filiformi, ſtigmate 2 - fido, reflexo

AA) calyce e foliolis aequalibus appoſitis conſtante, aequali

a) ſimplici

aa) fructubus papposis aequalibus, pappo ſimplici, piloſo vel plumoſo

α) ſtipitato

αα) receptaculo paleaceo, paleis calycem aequantibus, deciduis; calycis foliolis linearibus, erectis; fructubus oblongis; pappo capillari ſ. piloſo vel ſubplumoſo, radiis 10, lateribus piloſis - - - - 595. SERIOLA.

αβ) receptaculo nudo, plano, ſcabro; calyce 8 - phyllo, foliolis lanceolatis, alternis interioribus, omnibus baſi coalitis; matureſcentia ventriculoſo - connivente, tandem reflexo; fructubus angulatis, ſcabris; pappo plumoſo, plano, radiis circiter 32. inſtructo - - 596. TRAGOPOGON.

β) ſeſſili, capillari, calycem aequante; fructu ovato; receptaculo villoſo, planiuſculo; calyce multipartito, brevi, rotundato, villoſo, ſquamis pluribus, ſubulatis - - - - - - 597. ANDRYALA.

ab) fructubus ambitus floris compoſiti, ſ. marginalibus non capillato - papposis, diſci ſolum piloſis vel plumoſis; fructubus marginis 5 - ariſtatis, ariſtis patulis, diſci pappo plumoſo inſtructis, utrisque ſubulatis, his brevioribus; receptaculo paleis ſetaceis tecto; calyce polyphyllo, foliolis lanceolato - ſubulatis, carinatis, erectis, corolla longioribus; floſculis marginalibus tot, quot foliola calycis, internis paucioribus; calyce maturo oblongo, erecto, hiante - 598. GEROPOGON.

ac) fructubus omnibus non papposis, ſed ſolum margine integerrimo coronatis, coſtatis; receptaculo nudo, punctato; calyce polyphyllo, foliolis linearibus, acuminatis, ſub - canaliculatis, maturitate globoſo - connivente, et a foliolis canaliculatis toruloſo - - - - - - 599. ARNOSERIS.

b) duplici, alio ad baſin accedente calyculato

ba) fructubus omnibus aequaliter papposis, vel non papposis

α) non papposis, oblongis, cylindraceo - 3 - gonis, ſtriatis; receptaculo nudo, plano; calyce ovato, angulato, ſquamis calycis interni tubiformis 8. aequalibus, linearibus, cavo - canaliculatis, carinatis, acutis, externi ad baſin 6. parvis, imbricatis, alternis, minutis; calyce circiter 16 - floro, maturitate ovato, connivente - - - - - 600. LAPSANA.

β) papposis omnibus

βα) pappo abbreviato erga fructum, et ſeſſili

1) paleaceo - dentato, foliolis paleaceis, acutis, dentiformibus, pluribus, ſerie ſub - duplici ordinatis; fructubus ob - ovatis, compreſſiuſculis; receptaculo nudo, vel ſub - paleaceo; calyce interno foliolis 8. lanceolatis compoſito, tubuloſo - cylindrico; externo ad baſin 5 - phyllo, breviore, illo maturitate elongato, demum reflexo; floribus circiter 20. - - - - - - - - 601. CICHORIUM.

2) ſub-

2) ſub-plumoſo, ſeſſili; fructubus incurvis, ſtriatis, oblongis; marginalibus ſub-ovatis, lateraliter compreſſis, dorſo gibbis, antice longitudinaliter excavatis, villoſis; centralibus minus curvatis, 4-gonis, dorſo compreſſis; calyce interiore baſi ventricoſo, ſulcato, 8-phyllo, foliolis linearibus, acutis, conniventibus; exteriore brevi, erecto, foliolis lanceolatis, margine membranaceis; calyce interiore tandem maturitate ligneſcente, clauſo, depreſſo-acuminato, angulis 8. protuberantibus rotundatis, ſingulo foliolo fructum marginalem ob-volvente - - - - - - 602. ZACINTHA.

ββ) pappo piloſo vel plumoſo elongato

1) ſeſſili

1a) calyce interno ovato, multifloro, exteriore compoſito ex foliolis aliquot parvis, interiore ovato; interiore e pluribus appoſitis, acuminatis, canaliculatis; receptaculo punctato; fructubus elongatis, coſtatis, et transverſe rugoſis; pappi radiis et ramis filiformibus - - - - - - 603. PICRIS.

1b) calyce cylindrico, paucifloro (floribus ſimplicem ſeriem conſtituentibus, 5-8. et pluribus), interno, glabro, foliolis tot quot corollae, exteriore e ſquamis paucis, inaequalibus, breviſſimis compoſito; termino corollularum 4-dentato; fructubus laeviuſculis, cordatis; receptaculo nudo; pappo tenero - - - 604. PRENANTHES.

2) ſtipitato

2a) piloſo

A) calyce interiore multifloro

AA) arcto, ovato, ſulcato, perſiſtente, foliolis linearibus, conniventibus; exteriore breviſſimo, patulo, deciduo; fructubus oblongis; receptaculo nudo - - - 605. CREPIS.

AB) laxo, cylindrico, v. oblongo, foliolis linearibus, planis; exteriore foliolis paucioribus, ſaepe ad baſin reflexis; calyce maturitate demum toto reflexo; fructubus oblongis, ſcabris; receptaculo nudo - - - - - 606. LEONTODON.

B) calyce interiore paucifloro, cylindrico, foliolis parallelis, linearibus, exteriore ad baſin interni breviſſimo; calyce maturo tandem patente; fructubus ſub-ovatis, ſub-compreſſis, muricatis; receptaculo nudo - - - - 607. CHONDRILLA.

2b) plumoſo; fructubus ob-ovatis, transverſim rugoſis; receptaculo nudo; calyce externo e foliolis parvis vel magnis compoſito; maturitate utroque calyce reflexo - - - - 608. HELMINTIA.

bb) fructubus inaequalibus pappoſis, pappoſis omnibus, pappis fructuum

α) omnibus paleaceis, abbreviatis, ſeſſilibus, ſed inſuper ſetoſo-ariſtatis

αα) fructuum diſci, 5-ariſtatis, minus curvatorum, quam fructus marginales, ſetis obſoletis vel nullis, ſolum paleis, coronati; fructubus omnibus ſcabris, oblongo-elongatis; calyce ſub-8-phyllo, foliolis lanceo-

lanceolatis, erectis, acutis, ſub-carinatis, ſquamis ad baſin breviſſimis calyculato; receptaculo nudo - - - - - 609. Hyoseris.

αβ) fructuum marginis 2 - 4 - ariſtatis; fructubus omnibus ſtriatis, truncato - ob - ovatis; calyce polyphyllo, foliolis lineari - lanceolatis, duplici ſerie incumbentibus, aequalibus, baſi coalitis, ibique obvallatis ſetis magnis, maturitate falcato - incurvis; receptaculo alveolato, alveolorum marginibus denticulatis - - - - - 610. Tolpis.

α) omnibus paleaceis, ſub - polyphyllis, ſeſſilibus; fructubus diverſis, intimis gracilibus elongatis, extimis magnis, dilatatis; foliolis calycis canaliculatis, ſquamis ad baſin breviſſimis; receptaculo nudo; calyce maturo indurato, connivente - - - - - - - 611. Hedypnois.

AB) calyce imbricato, ſquamis inaequalibus

a) receptaculo nudo

aa) calyce oblongo, vel cylindrico

α) ſtrictiore cylindrico, ſquamis margine membranaceis, pappo plerumque ſtipitato,

αα) plumoſo; fructubus ſtriatis, oblongis, elongatis - - 612. Scorzonera.

αβ) piloſo; fructubus ſtriatis, obovatis, brevibus - - 613. Lactuca.

β) laxiore, pappo ſemper ſeſſili

βα) plumoſo, radiis baſi paleaceis; fructubus oblongo - elongatis - 614. Apargia.

ββ) piloſo, tenero: fructubus ovatis vel oblongis, abbreviatis - 615. Hieracium.

ab) calyce (paullo poſt evolutionem) ventricoſo, maturitate demum globato-depreſſo, acuminato; fructubus ovatis vel oblongis, abbreviatis; pappo ſeſſili piloſo - - - - - - - - 616. Sonchus.

b) receptaculo paleaceo

ba) pappo ſub - plumoſo, (raro diſco ſolum) ſtipitato; fructubus ovato - oblongis, acuminatis; paleis receptaculi lanceolato - linearibus, fructus longitudine aequantibus - - - - - - - 617. Hypochaeris.

bb) pappo 5 - phyllo, paleaceo - ariſtato; fructubus turbinato - ovatis; calyce turbinato, foliolis laxe incumbentibus acutis, ſcarioſis, ovato - acuminatis, laxis, nitidis, perſiſtentibus; - - - - - - 618. Catananche.

bc) pappo nullo; fructubus obovatis; calyce ovato, ſquamis laxis, lanceolatis, ſpinoſis; receptaculo convexo, paleis ſub - rotundis, planis, apice 3 - dentatis, ſemina ſuperantibus, et diſtinguentibus - - - - 619. Scolymus.

Γ) Floribus diſcoideis, ſ. floſculis floris compoſiti omnibus tubuloſis

BA) Receptaculo paleaceo vel villoſo calyce imbricato (vel aequali; Bidens)

a) ſquamis ſenſim diverſis

aa) ſimplicibus

α) pappo piloſo vel plumoſo, antheris ſvetis ecaudatis, apice induratis, ſtigmate coalito interdum, a ſtylo ſubdiſtincto; corollae tubo tenui, limbo campanulato, ſub - inaequali; pappo ſeſſili

αα) ſquamis ſ. foliolis calycis acutis vel acuminatis

1) re-

1) receptaculo villoſo, ſquamis ſ. foliolis calycis ſpinoſis - - 620. CARDUUS.
2) receptaculo paleaceo, paleis in cellas favogineas appoſitis, breviſſimis, truncatis, denticulatis, fructubus cellas non aequantibus; calyce ventricoſo, ſquarroſo - ſpinoſo; - - - 621. ONOPORDON.
aβ) ſquamis incurvato - hamatis, ariſtatis, calyce globoſo; receptaculo villoſo - paleaceo, plano; pappo erga fructum abbreviato; corollulis tubo tenui, limbo campanulato - - - - - 622. ARCTIUM.
β) pappo paleaceo, fructum oblongum coronante; receptaculo paleaceo, paleis lanceolatis, fructus ſuperantibus; calyce ovato, foliolis lanceolatis, appreſſis, corollulis infundibuliformibus; ſtigmate 2 - fido - 623. ATHANASIA.
γ) pappo ariſtato
aa) ariſtis 2. vel pluribus, rectis, acutis, retrorſum ſcabro - hamoſis; fructubus angulatis; receptaculo paleaceo, plano, paleis planiuſculis, deciduis; calyce imbricato vel aequali, immo calyculato, erecto; corollulis infundibuliformibus; ſtigmate 2 - fido - - - - 624. BIDENS.
aβ) ariſtis 2. altera ſaepe minore; fructubus compreſſo - planis, membranaceo - marginatis; receptaculo conico, paleaceo, paleis compreſſis, deciduis; laciniis floſculorum et filamentis 4 - 5.; - - - 625. SPILANTHUS.
δ) pappo nullo; (Spilanthi ſpecies) fructubus 4 - gonis; receptaculo paleaceo, planiuſculo, paleis concavis; calyce hemiſphaerico, ſquamis ovato-oblongis, acutis, appreſſis; corollulis infundibuliformibus; ſtigmate 2 - fido - - - - - - - (*) 626. SANTOLINA.
ab) apice foliaceo, per conſtrictionem diſtincto, auctis (Stähelina?), receptaculo ſetoſo - piloſo; tubo corollulae ſingulae tenui, limbo campanulato; ſtigmate coalito, ſimplici, emarginato;
α) pappo piloſo vel plumoſo - - - - 627. CYNARA.
β) pappo nullo - - - - - - 628. CARTHAMUS.
b) ſquamis ſ. foliolis calycinis intimis valde elongatis, petaliformibus, coloratis, nitidis, patentibus, florem radiatum mentientibus; foliolis reliquis acutis, foliaceo - dilatatis, magnis, viridibus, laxis; pappi radiis ipſis furcato - ramoſis, ramis ipſis plumoſis; receptaculo paleaceo - ſetaceo, plano, paleis membranaceis, baſi ſub - coadunatis in alveolos, multifidis, radiis ſubulatis; ſetis paullo longioribus, antennarum papilionum ſimilibus, paleis intermixtis - - 629. CARLINA.
BB) Receptaculo nudo;
a) calyce imbricato; pappo piloſo vel plumoſo, aequali, ſeſſili
aa) ſtigmate elongato, deorſum usque ad antheras fiſſo; calycis ſquamis linearibus, acutis, calyce ſub cylindrico - - - - - 630. EUPATORIUM.
ab) piſtillo abbreviato, vix e flore prominente, ſtigmate 2 - fido, laciniis oblongis; depreſſis, involutis; calyce hemiſphaerico, ſquamis linearibus, extus convexis, acuminatis - - - - - - 631. CHRYSOCOMA.
b) calyce calyculato
ba) oblongo, cylindrico, ſquamis 5 - 10. aequalibus, lanceolato - linearibus, tubum conſtituentibus, baſi calycuſum externum formantibus ſquamis paucis bre-

Digitized by Google

breviſſimis; ſtylo ſtaminibus aequali, ſtigmate 2 - fido, laciniis revolutis; pappo capillari longiſſimo - - - - - - 632. CACALIA.

bb) cylindrico, ſquamis apice nigro - ſphacelatis - - - - (SENECIO).

C) Floribus radiatis, marginalibus floſculis ligulatis, reliquis tubuloſis; receptaculo villoſo, plano; ſtigmate 2 - fido; pappis aequalibus plumoſis; fructubus aequalibus, turbinato - compreſſis; diſco flores tubuloſos continente multifloro; calyce ovato, imbricato, foliolis multis oblongis, lanceolatis, conniventibus, inermibus; accedente calyce exteriore internum incarcerante, polyphyllo, lineari, majore, exaſperato, perſiſtente; ſtigmatibus radii obſoletioribus, licet ſimillimis diſci - - 633. ATRACTYLIS.

II. POLYGAMIA SVPERFLVA.

A) Floribus diſcoideis, floſculis tubuloſis

AA) receptaculo nudo

a) pappo nullo (Tanacetum margine)

aa) floribus marginalibus foemineis, ſub - apetalis; floribus diſci 5 - fidis; calyce ſub - rotundo, imbricato; ſtaminibus 5. coalitis; ſtigmate 2 - fido, revoluto, ſtylo in floribus foemineis longiore - - - - - - 634. ARTEMISIA.

ab) floribus marginalibus foemineis 3 - fidis; calyce imbricato; fructu marginato - coronato; floribus diſci 5 - fidis; calyce hemiſphaerico, ſquamis acutis, compactis; fructubus margine integro, aut dimidiato coronatis - - 635. TANACETVM.

b) pappo piloſo

ba) floribus foemineis ſolum marginalibus

α) ſub - apetalis, tubo corollino retracto, limbo nullo; ſtigmate 2 - fido, craſſiuſculo; calyce cylindraceo; ſquamis lanceolato - linearibus (15 - 20), aequalibus, diſcum aequantibus, ſub membranaceis, vel imbricatis; fructubus oblongis, compreſſis - - - - - - 636. PETASITES.

β) 3 - fidis; reliquis centralibus 5 - fidis; calyce imbricato, ſub - rotundo, ſquarroſo, ſquamis acutis, exterioribus patentiuſculis; ſtylo ſtigmateque 2 - fido, in foeminis tenerioribus; fructubus oblongis - - 637. CONYZA.

bb) floribus foemineis hermaphroditis intermixtis apetalis; calyce hemiſpaerico imbricato, ſquamis plerisque ſcarioſis, rotundatis, coloratis; pappo ſimpliciter v. piloſo penicillari, in apice radiorum plumoſo - - 638. GNAPHALIVM.

AB) Receptaculo villoſo, calyce imbricato

a) calyce hemiſphaerico, ſquamis ſcarioſis, rotundatis, pappo ſimplicius piloſo - (GNAPHALIVM.)

b) pappo nullo, floribus marginalibus apetalis - - - (ARTEMISIA.)

AC) Receptaculo paleaceo; calyce imbricato, calycis ſquamis intimis valde elongatis, coloratis, petaliformibus, radium mentientibus, reliquis abbreviatis, omnibus membranaceis, ſub ſcarioſis; ſtigmate 2 - fido hermaphroditis, integro, clavato, foeminis marginalibus; pappo paleaceo, 5 - fido, vel 5 - phyllo, fructum ſingulum coronante - - - - - - - 639. XERANTHEMVM.

B) Floribus in ambitu toto radiatis

BA) pappo ariſtato vel paleaceo, non piloſo

a) calyce 1-phyllo, 5-dentato, 5-gono, tubuloſo, oblongo; floſculis diſci laciniis limbi villoſis, radii tantum 5. limbis dilatatis, obtuſiſſimis; fructubus linearibus, compreſſis, pappo 5-phyllo, foliolis erectis, acuminatis, inaequalibus; receptaculo nudo, parvo, plano - - - - - 640. TAGETES. (*)

b) calyce foliolis aequalibus, pluribus; pappo 5-paleis conſtante, coronante; fructubus ob-ovatis, angulatis; calycis foliolis circiter 20. ſenſim attenuatis; floſculis totidem radiantibus, limbo extrorſum lateſcente, et apice 3-fido, calycem ſuperantibus; receptaculo nudo, convexo, paleis calycinis radii floſculos tantum diſtinguentibus - - - - - 641. HELENIUM.

c) calyce imbricato, receptaculo paleaceo, pappo diſci 2-ariſtato, ariſtis inaequalibus, altera elongata, radii proprio nullo; floſculis diſci pluribus, in acervum elevatis, limbo 5-fido, intus villoſo; floſculis radii 5. perſiſtentibus, papiraceis, limbo ſub-rotundo, retuſo; ſtigmate 2-fido, obtuſiuſculo; fructubus oblongis, 4-gono-ancipitibus; calyce ovato-cylindrico, laevi, imbricato ſquamis plurimis, obtuſis, erectis, perſiſtentibus - - - - 642. ZINNIA. (*)

BB) pappo piloſo vel plumoſo ſolo -

a) receptaculo nudo

aa) calyce imbricato

α) floribus diſci ſuis 5-fidis, antheris ſingularibus

αα) baſi 2-ſetis, ſeu tubo antherino 10. ſetis, filamenta aequantibus, caudato; calyce multifloro, foliolis laxis, patulis, externis majoribus, ſubaequalibus; floſculorum marginalium ligulis linearibus (integris); ſtigmate foemineo profundius fiſſo; fructubus linearibus, 4-gonis; pappo capillari - - - - - 643. INULA.

αβ) filamentorum rudimentis 5. in floſculo ſingulo foemineo; calyce multifloro, foliolis lanceolatis, erectis; ligulis foemineis lanceolatis, longiſſimis, 3-dentatis, patentibus; fructubus oblongis; pappo capillari, radiis denticulato ſub-plumoſis - - - - 644. ARNICA.

β) floſculis diſci 5-fidis, antheris ecaudatis, et filamentis in floſculis foemineis nullis

βα) radii ligulis latiuſculis, diſtinctis (limbo florum diſci patulo, ſtigmate 2-fido, in foeminis revoluto, fructubus ovato-oblongis, pappo capillari,)

1) paucis, remotis (paucioribus, quam 10.), lanceolatis, 3-dentatis; calyce oblongo, foliolis oblongis, anguſtis, acuminatis, rectis, conniventibus - - - - - 645. SOLIDAGO.

2) pluribus quam 10. lanceolatis, 3-dentatis; calyce ſquarroſo, foliolis apice patulis - - - - - - 646. ASTER.

ββ) radiis capillaribus, tenerrimis, lineari-ſubulatis, ſaepe integerrimis; ſtigmate 2-fido, laciniis in flore hermaphrodito oblongis, in foemineo tenuiſſimis; fructu oblongo; pappo capillari; calyce oblongo-cylindraceo, foliolis ſubulatis, erectis, gradatim longioribus, ſubaequalibus - 647. ERIGERON.

ab) calyce aequali

α) ra-

α) radiis linearibus, anguſtiſſimis, integris; ſtigmate 2 - fido, craſſiuſculo; pappo capillari (ſtipitato); fructubus oblongis, compreſſis; calyce cylindraceo, foliis lanceolato - linearibus, ſub - membranaceis 648. Tussilago.

β) radiis lanceolatis, apice denticulatis; laciniis ſtigmatis in flore hermaphrodito erectiuſculis, in foemineo revolutis; fructubus linearibus, 4 - gonis; pappo capillari; calyce polyphyllo 649. Cineraria.

ac) calyce calyculato, conico - cylindrico, ſuperne ſub - anguſtato, foliolis ſubulatis plurimis, parallelis, contiguis, ſurſum conniventibus, apice emortuo - obſcuratis (ſphacelatis), baſi accedentibus paucioribus, exiguis; ſtigmatis laciniis revolutis; ligulis foemineis 3 - dentatis; limbo floſculorum diſci reflexo; fructubus ovatis; pappo capillari 650. Senecio.

BC) pappo inaequali, aut duplici, non ſolum piloſo

a) fructubus omnibus papposis, pappo

aa) in ſingulo fructu externo capillari: 1 - phyllo, denticulato, interno elongato, capillari: fructubus tereti - angulatis; calyce imbricato, ſquarroſo, foliolis lineari - acuminatis, apice patulis; receptaculo nudo; ligulis foemineis numeroſis, linearibus, integerrimis 651. Pulicaria.

b) fructubus diſci pappo piloſo, radii autem nullo; omnibus ob - ovatis, ſulcatis, diſci magis compreſſis; receptaculo nudo; calyce aequali, foliolis circiter 20. lanceolato - ſubulatis, erectis, duplici ſerie poſitis, ſaepe radium floris aequantibus; ligulis foemineis 3 - dentatis; ſtigmate foemineo 2 - fido, laciniis reflexis, hermaphrodito ſolum emarginato; radio multifloro 652. Doronicum.

BD) Pappo nullo, vel ſolo margine indiviſo

a) calyce aequali, polyphyllo; floſculis diſci 5 - fidis; calyce hemiſphaerico, ſquamis linearibus vel lanceolatis, ſub - aequalibus; ligula foeminea lanceolata, integriore, vel 3 - dentata;

aa) receptaculo nudo, conico; ſtigmate hermaphrodito emarginato, foemineo 2 - fido, patulo; fructubus ob - ovatis, compreſſis 653. Bellis.

ab) receptaculo paleaceo, convexo, vel conico; ſtigmate 2 - fido, in hermaphroditis reflexo, in foeminis revoluto; fructubus oblongis 654. Anthemis.

b) calyce imbricato

ba) receptaculo paleaceo; radii ligulis dentatis

α) calyce cylindrico, vel ovato, ſquamis ovatis, acutis, conniventibus; radio 5 - floro, vel 10 - floro, ligulis obcordatis, patentibus, 3 - fidis, lacinula intermedia minore: ſtigmate hermaphrodito obtuſo, emarginato, foemineo 2 - fido, laciniis obtuſis, reflexis; receptaculo maturo filiformi, ultra calycem elongato, paleis lanceolatis; fructubus ovalibus, compreſſis 655. Achillea.

β) calyce patentiore; radii floribus ultra 10. pluribus; ligulis foemineis elongatis, patentibus, 3 - dentatis; receptaculo convexo 656. Buphthalmum.

bb) receptaculo nudo, convexo; ligulis 3 - dentatis, oblongis, pluribus; fructubus oblongis;

α) ſquamis calycis intimis margine ſcarioſis, majoribus, omnibus arcte incumbentibus; ſtigmate revoluto 657. Chrysanthemum.

β) ſqua-

β) ſquamis calycis omnibus linearibus, ſub-aequalibus, non ſcarioſis; ſtigmate hermaphrodito 2-fido, patente, foemineo 2-fido, laciniis revolutis - 658. MATRICARIA.

III. POLYGAMIA FRVSTRANEA.

A) Calyce imbricato

AA) Floribus radii ligulatis, radio legitimo; pappo paleaceo, paleis tantum aliquot et caducis; ſtylo in floribus radii nullo; in floribus diſci corollulam aequante, ſtigmate ibi 2-fido, laciniis reflexis; calyce ſub-ſquarroſo, expanſo, foliolis oblongis, baſi latiuſculis, apicibus undique patulis; floſculis hermaphroditis numeroſis, tubo ventricoſo-compreſſo, limbo patente; foemineis paucioribus, ligula longiſſima, integerrima, lanceolata; fructubus diſci oblongis, obtuſis, 4-gono-compreſſis; pappo e paleis 2. lanceolatis, acutis, deciduis; receptaculo paleaceo, paleis ad ſingulum fructum geminatis lanceolatis, deciduis - - - - - 659. HELIANTHVS. (*)

AB) Floribus radii tubuloſis; elongatis quidem, ſed non explanatis, radio exinde ſpurio; immo corollulis interdum abbreviatis, minus ſpectabili; calycis forma et ſuperficie varia, illa plerumque ovata, vel ventricoſa, hac aſperata; receptaculo ſetoſo; pappo fructuum diſci capillari, ſetoſo, vel plumoſo; floſculis diſci ſolum ſtyligeris, ſtigmate ſimplici, emarginato, vel 2-fido; corollularum, praecipue marginalium, limbo obliquo, tubo, praecipue earum in diſco, filiformi - 660. CENTAVREA.

B) Calycis foliolis duplici ſerie poſitis

BA) pappo ariſtato, 2-corni; fructubus (ut ſemper, diſci) orbiculatis, hinc convexis, inde cavis, transverſa protuberantia inſtructis, membranaceo-marginatis, apice 2-cornibus; receptaculo paleaceo; floribus diſci ſolum ſtyligeris, ſtigmate 2-fido; ligulis (circiter 8) foemineis, magnis, ovato-dilatatis, (ſaepe) 4-dentatis, patentibus; foliolis calycis interioribus maioribus, membranaceis, coloratis - 661. COREOPSIS. (*)

BB) fructu vertice marginato; receptaculo paleaceo, conico, calycem ſuperante, paleis erectis, canaliculato-concavis, deciduis; calycis ſquamis planis, latiuſculis, abbreviatis, ſenis circiter in ſingulo ordine; ligulis foemineis lanceolatis, 2-3-dentatis, longiſſimis, planis, pendulis - - - - - 662. RVDBECKIA. (*)

C) Calyce 1-phyllo, ſpinis vel ſquamis adnatis imbricato, ſub-ventricoſo, interdum maturitate toto deciduo; receptaculo alveolato, nudo vel ſubvilloſo; ligulis foemineis lanceolatis; fructubus diſci obovatis, obtuſis; pappo brevi villoſo, plumoſo, vel elongato capillari - - - - - - 663. GORTERIA. (*)

IV. POLYGAMIA NECESSARIA.

A) Calyce aequali; receptaculo nudo, pappo nullo, calyce polyphyllo, ſub-hemiſphaerico; germinibus radii angulatis; fructubus radii incurvis triangularibus, angulis membranaceis; fructubus diſci verſus centrum magis membranaceo-abortivis; ſtigmate hermaphrodito integriore, foemineo magis 2-fido, laciniis reflexis; ligula foeminea elongata, ligulata, 3-dentata, baſi villoſa; calycis foliolis erectis (14-20), lineari-lanceolatis, ſub-aequalibus - - - - - - 664. CALENDVLA.

B) Calyce calyculato, calyce altero magno; receptaculo paleaceo; pappo nullo, vel ſolo margine; calyce exteriore 5-phyllo, parvo, foliolis tenuibus, obſoletis; interiore maximo, 5-phyllo, foliolis laxis, diſtinctis, galeatis, compreſſis, margine longitudinaliter conniventibus; floribus radii 5-flori apetalis; ſtylo hermaphrodito filiformi, ſtamina ſuperante, ſtigmate obſoleto; ſtylo foemineo e latere germinis interno exoriente, ſetaceo, hermaphroditos verſus inflexo, calycem aequante, ſtigmate 2-fido, laciniis tenuibus, acuminatis; fructubus obovatis; paleis acutis minimis, ſolum floſculos foemineos diſtinguentibus - - - - - - - 665. Mycropus.

C) Calyce imbricato

EB) ſupero; ſtylo ſimplici, flore dioico - - - - (LORANTHUS.)

F) Flore polypetalo; calyce 2 - phyllo, foliolis linearibus, brevibus; corolla 14 - petala, petalis exterioribus 6. ovatis, patulis, aequalibus, interioribus 8. obcordatis,

 con-

concavis, exterioribus minoribus, quorum 4. in ſerie interna latioribus; filamentis 8. antheris pellucidis, effoetis; germinibus 2 - 3, ovátis incurvis, conniventibus, pedicellatis, ſtylo ſingulo breviſſimo, recurvato, ſtigmate ſingulo 2-fido, obtuſo; baccis 2 - 3. ſub-rotundo-reniformibus, 1-ſpermis; ſeminibus conformibus, magnis - - - - - - - - - - MENISPERMUM. (*)

G) Floribus incompletis

GA) calycinis

a) integris; germine ſimplici

aa) ſtylo ſimplici

α) ſtigmate integro; flore monoico; germine ovato, parvo, polyſpermo, ſtylo brevi, perſiſtente, ſtigmate ſimplici; calyce ſub-rotundo, lateraliter dehiſcente, oblique extrorſum dilatato, obtuſo, patente, depreſſo, magno; capſula globoſa, acuminata, 1-loculari; ſeminibus aliquot oblongis, utrinque acutis, capſulam fere aequantibus, hinc ſtriatis - - (LEMNA.)

β) ſtigmate duplici, vel 2-fido, laciniis ſetaceis, longis, divaricatis, ſtylo filiformi, calycem aequante, germine ovato, in fundo calycis; calyce acuminato, integro, perſiſtente, ventre dentibus 5. cincto, 1-floro; nuce ſub-ovata, 1-loculari, clauſa, 5-dentibus calycinis coronata, 1-ſperma; ſemine ſub-rotundo; flore monoico - - AMBROSIA.

ab) ſtylo duplici, flore dioico; fructu 1-ſpermo; ſtylis ſubulatis, acutis, germine minuto, calyce obliquo, demum fructum ſeminiformen includente

α) calyce acuminato, oblongo, altero latere longitudinaliter dehiſcente; fructu nuciformi, globoſo-depreſſo, 2-valvi - - CANNABIS.

β) calyce ovato, maximo, extrorſum hinc plano, baſi connivente; fructu ſub-rotundo, baſi calycis incluſo; involucro univerſali 4-partito, acuto; partiali 4-phyllo, 8-floro - - - HUMULUS.

b) 2-phyllis vel 2-partitis

ba) ſtylo nullo, ſtigmate ſeſſili, ſimplici, villoſo, germine ovato; calyce 2-valvi, ovato, concavo, erecto, perſiſtente, circa fructum connivente; fructu ſeminiformi, ovato, obtuſo-compreſſo, nitido; flore monoico vel dioico - - - - - - VRTICA.

bb) ſtylo ſimplici, breviſſimo, ſtigmate craſſiuſculo, oblongo, erecto, calyce duplo longiore; bacca ſub-globoſa, 1-loculari, 1-ſpermo; ſemine unico, oblongo; calyce deciduo, ovato-oblongo, tubulato, clavato, ore 2-fido; flore dioico - - - - - HIPPOPHAE.

bc) ſtylo 2-fido, vel 2-plici; calyce 2-phyllo

α) flore patente

αα) ſtylo duplici; fructu 2-loculari; flore monoico - - (CALLITRICHE.)

αβ) ſtylo 2-partito; fructu 1-ſpermo, ſeminiformi, orbiculato, depreſſo; germine orbiculato, ſtigmatibus reflexis; calycis foliolis planis, erectis, ovatis, acutis, magnis, compreſſis, demum maximis, cordatis, fructum includentibus; flore polygamo, monoico - ATRIPLEX.

β) flore intra gemmam, monoico; calyce 2-phyllo, coriaceo, margine lacero, erecto, fructum demum aequante, in flore prae parvitate vix conſpicuo;

Digitized by Google

cuo; germine ſub-rotundo, minuto, rudimentis ſeminum ternis, ſtylis 2. ſetaceis (ſ. potius ſtigmatibus), ſubulatis; nuce ovata, baſi deraſa, apice parum compreſſa, et acuminata - - - - CORYLUS.

c) 3-phyllis vel 3-fidis

ca) germine ſimplici, ſtylo ſimplici diſtincto;

α) ſtigmate in eo ſtylo ſimplici (Sparganio duplex interdum); calyce polyphyllo, foliolis

αα) ſetaceis; germine ovato, ſtylo ſubulato, ſtigmate capillari, perſiſtente; fructu ſeminiformi ovato, ſtylo inſtructo, ſetae inſidente, pappo capillari, ſetae ſeminiferae a baſi ad medium affixo, piſtillum aequante; floribus monoicis, in ſpadice elongato aggregatis - - TYPHA.

αβ) linearibus, deciduis, germine ovato, deſinente in ſtylum brevem ſubulatum, ſtigmate ſimplici vel duplici, acuto, canaliculato, perſiſtente; drupa exſucca, turbinata cum acumine, inferne angulata, nuce oſſea, oblongo-ovata, angulata; floribus monoicis, foemineis in globum denſum collectis - - - - - SPARGANIUM.

β) ſtigmate in eo ſtylo partito

βα) 2-fido, capillari, ſtylo breviſſimo, germine minuto, 3-loculari, loculis 2. abortivis; coronula minuta, ſupera, 3-dentata, germini inſiſtente, calycina; germine, hoc modo infero, ſquamae amentaceae lanceolatae, villoſae, apice reflexae, inſidente; involucro 6-fido; floribus monoicis - - - - - CARPINUS.

ββ) 3-fido vel partito; fructu infero 1-ſpermo, baccato, umbilicato; ſemine oſſeo, globoſo; calyce perſiſtente, turbinato, trifido, laciniis ovatis, aequalibus, acutis; germine infero, turbinato, ſtylo ſtaminibus aequali, ſtigmate 3-partito, patente, flore dioico - OSYRIS.

γ) ſtylo vel ſtigmate ſeſſili partito ſ. multiplici

γα) duplici; fructu 2-ſpermo; ſtylis carnoſis, reflexis, connatis, germine ſub-rotundo, compreſſo, utrinque ſulco exarato, hiſpido; calyce 3-partito; laciniis ovato-lanceolatis, concavis, patentibus; corpuſculis 2. ſubulatis, ad ſingulum latus germinis ſingulo, ſulco germinis appreſſo; capſula ſub-rotunda, ſcrotiformi, didyma, 2-loculari, 2-ſperma; ſemine ſingulo ſub-rotundo; flore dioico - - MERCURIALIS.

γβ) triplici

1) fructu 3-ſpermo, 3-loculari, ſtylis ramoſis, 2-fidis vel 3-fidis; flore monoico; germine ſtyliſque hiſpidis, his 2-partitis, erecto-patentibus, illo ovato; calyce 3-partito (3-phyllo), deciduo, laciniis ovatis, concavis; capſula ſub-rotunda, 3-ſulca, undique aculeata, 3-valvi; ſemine ſingulo ſub-ovato - - RICINUS.

2) fructu 1-ſpermo, drupaceo, ſicco, ovato, nuce ovata, glabra; calyce 3-fido, minuto; germine ovato, calycem ſuperante, ſtylis 3. reflexis, ſtigmate ſingulo craſſiuſculo, hiſpido; flore dioico - (*) PISTACIA.

3) fructu 1-ſpermo, 1-loculari, capſulari, ſub-compreſſo, colorato, 3-roſtri, circumſciſſo, calycem aequante; ſemine magno, ſubrotun-

rotundo, compreſſo; calyce erecto, colorato, foliolis lanceolatis, acutis; germine ovato, ſtylis 3. brevibus, ſubulatis, ſtigmate ſingulo ſimplici, perſiſtente; flore monoico - - - - AMARANTHVS.

γγ) novemplici, ſingulo ſtigmate ſeſſili, reflexo - patente, germine depreſſo; calyce 3 - partito, laciniis ovatis, perſiſtentibus; bacca orbiculata, depreſſa, 1 - loculari, calycem ſuperante, 4 - ſperma; ſemine ſingulo hinc gibbo, inde angulato; flore dioico - - - - EMPETRVM.

cb) germinibus pluribus diſtinctis (4 - 8.), corniculatis, conniventibus, ſtylo ſinguli germinis ſimplici, patentiuſculo, ſtigmate ovato, plano, extrorſum patente; calyce 1 - phyllo, ventricoſo, 3 - dentato; capſulis numero germinum, ſub - falcatis, erecto - patentibus, ſtylo reclinato roſtratis, dorſo tuberculatis, cruſtaceo - coriaceis, compreſſis, 1 - locularibus, 1 - ſpermis, clauſis; ſemine ſingulo oblongo, hinc gibbo; flore monoico - ZANNICHELLIA.

d) 4 - phyllis vel 4 - fidis

da) floribus inferis

α) germine ſimplici

αα) ſtylo ſimplici, ſtigmate ejus penicilliformi, ſubcapitato, ſtylo colorato, filiformi, germine ovato; calyce 4 - fido, plano, obtuſo, demum elongato, majore, campanulato, ore laciniis conniventibus clauſo, recondente fructum ſeminiformem, ovatum; flore foemineo monoico cum duobus hermaphroditis intra involucrum 6 - phyllum - PARIETARIA.

αγ) ſtylis, vel ſtigmatibus ſeſſilibus 2.; fructu 1 - ſpermo; floribus ſolum congeſtis monoicis, vel dioicis; calyce 4 - phyllo, foliolis ſubrotundis, obtuſis, perſiſtentibus; oppoſitis 2. exterioribus incumbentibus, demum maximo, carnoſo, ſucculento - baccato; germine cordato, ſtylis 2. ſubulatis, longis, reflexis, ſcabris, ſtigmatibus ſimplicibus; fructu ſeminiformi, ovato, acuto - - - MORVS.

β) germinibus pluribus

βα) ſtylis nullis vel ſimplicibus in ſingulo germine; germinibus 4 - oblongis, ſtigmate ſinguli germinis ſeſſili, pubeſcente; calyce 4-phyllo, foliolis oblongis, erectis, quorum extimum majus, intimum minus; fructubus ſeminiformibus numero germinum, oblongis, flore monoico - MYRIOPHYLLVM.

ββ) ſtylo ſinguli germinis 3 - 6 - partito; germinibus 2 - 3.; calyce 4-phyllo, (Involucro infero) muricato; fructubus nuciformibus

1) ſtylo 3 - fido; nucibus 3 - quetris; calyce ſimpliciter muricato - (FAGVS.)

2) ſtylo 6 - fido, nucibus plano convexis; calycis ſpinis ramoſis - (CASTANEA.)

db) floribus ſuperis

α) flore foemineo maſculo appoſito

αα) maſculo ſingulari, clauſo, rotato, ad baſin foeminei floris; germine turbinato, ſtriis 5. ſpiralibus inſculpto, ſtigmatibus 5. ſeſſilibus, ſimplicibus, calyce 4 - phyllo, foliolis ſubulatis, inaequalibus; bacca ovato-oblonga, ſpiraliter ſtriata, 1 - loculari, intra cruſtam tenuiſſimam ſemina numeroſa, ſphaerica, minutiſſima continente - - CHARA.

αβ) maſcu-

αβ) maſculis floribus una cum foemineis in planta aphylla, clavaeformi, commixtis; foliolis calycis ſuperi 4. clavatis, tuberculatis, aequalibus, perſiſtentibus; germine infero ovato, ſtylo ſimplici, erecto, tenero, patente, longitudine ſquamae calycinae, ſtigmate obtuſo; fructu ſeminiformi, ſub-rotundo - - - - - - - CYNOMORIUM.

β) flore foemineo a maſculo remoto

βα) ſtigmate ſimplici, obtuſo, vix emarginato, ſeſſili, germine oblongo, 3-gono, margine obſolete 4-fido, coronato, infero; calyce 4-phyllo, foliolis ovatis, parvis, ſeſſilibus, deciduis; bacca globoſa, 1-ſperma, laevigata; ſemine cordato, compreſſo, obtuſo, carnoſo; flore dioico - - - - - - - - VISCUM.

ββ) ſtigmate vel ſtylo duplici; fructu 1-ſpermo, drupaceo, ſub-ſicco, ovali, magno, nuce maxima ſub-rotunda, ſulcis reticulata, ſemi-4-loculari; ſemine ſ. nucleo 4-lobo, varie ſulcato; germine ovali, magno, ſtylo breviſſimo, ſtigmatis laciniis 2. magnis, reflexis, ſuperne laceris; calyce campanulato 4-fido, erecto, breviſſimo; intra eum acceſſoria quaſi corolla marceſcente 4-fida, erecta, acuta, eum paullo ſuperante; floribus monoicis - - - - IVGLANS.

e) 5-phyllis vel 5-partitis

ea) germine ſimplici

α) ſtylo ſimplici

αα) ſtigmate ſimplici, capitato, ſtylo filiformi, germine intra receptaculum carnoſum deliteſcente; calyce 1-phyllo, tuberculis 5. diviſo; legumine maximo, obtuſo, compreſſo, coriaceo, diſſepimentis plurimis transverſis, iſthmis pulpa repletis, loculis 1-ſpermis; ſemine ſingulo ſub-rotundo, compreſſo, duro, nitido; floribus polygamis, trioicis, inſuper maſculis et hermaphroditis, omnibus individuo diſtinctis - CERATONIA.

αβ) ſtigmate partito; fructu 1-ſpermo, ſeminiformi, ſub-rotundo, compreſſo; germine ovali, calycem aequante, ſtylo ſubulato, inflexo, ad latus apicis e germine prodeunte, ſtigmate 2-fido, laciniis acuminatis, reflexis, altera breviore; calyce 5-partito, laciniis lanceolato-acuminatis, rectis, ſub-aequalibus, demum majore, fructum fovente; floribus foemineis ſeparatim collectis in receptaculi univerſalis proprii, turbinati, cavi, carnoſi, ſuperficie interiore, pedicellatis; receptaculo maturo demum baccato - - - - FICVS.

β) ſtylis, vel ſtigmatibus abſque ſtylo, pluribus

βα) duobus; flore 1-ſpermo; calyce 5-phyllo, foliolis inaequalibus, duobus exteris brevioribus, calyce concavo, obtuſo, connivente, perſiſtente; germine ſub-rotundo, ſtylis 2. capillaribus, ſtigmatibus acuminatis; fructu ſeminiformi, ovato, compreſſo, obtuſo, a 3. foliolis calycis internis incluſo; flore monoico - - - - AXYRIS.

ββ) tribus; fructu 1-ſpermo, 1-loculari - - - - (AMARANTHVS.)

eb) germinibus pluribus, 1-ſpermis, ſtylis liberis, ſtigmatibus

α) ſimplicibus, obtuſis, ſtylis ſubulatis, calycem ſuperantibus, germinibus

(2 - 5) ſubrotundis, in ſtylos deſinentibus; calyce 5 - partito, foliolis ovalibus, erectis, coloratis; folliculis numero germinum pedicellatis, 1 - locularibus, 2 - valvibus, introrſum dehiſcentibus; ſemine ſingulo ſub - rotundo, glabro, e funiculo dependente; flore dioico - - ZANTHOXYLON. (*)

β) penicilliformibus, coloratis, germinibus 2. ovato oblongis, intra tubum calycinum, ſtylo ſingulo capillari, colorato, flaccido, calycem aequante interiorem; calyce duplici, exteriore 2 - 3 - 4phyllo, caduco; interiore 1-phyllo, tubo brevi, ſub - rotundo, ore connivente, limbo 5 - fido, laciniis ovatis, planis, reflexis, perſiſtentibus, tubo demum fructus 2. ſeminiformes includente, indurato, incraſſato; flore monoico - POTERIVM.

f) 6 - phyllis vel 6 - partitis, germine ſimplici

fa) infero

α) floribus monoicis collectis intra involucrum calyciforme, apparenter quaſi calycem, germina recipientem; germinibus ipſis calyculo ſupero inſtructis, locularibus; fructu nuciformi, 1 - ſpermo

αα) involucro calyciformi, infero, 4 - partito, erecto, acuto, 2 - 3 - floro, extus hiſpido, perſiſtente, fructus includente capſuliformi, demum eos dimittente, valvis 4. dehiſcente; germine ſingulo 3 - 6 - loculari, ſtylo 3 - 6 - partito; loculo et ſemine ejus unico tantum adoleſcente, reliquis abortivis; calyce germinis ſinguli ſupero minuto, 6 - fido, acuto, erecto, perſiſtente; fructu ſingulo nuciformi, clauſo, 1 - ſpermo;

1) germine 3 - loculari; ſtylo 3 - partito; fructu ſingulo 3 - quetro; ſpinis calycis ſimplicibus - - - - FAGVS.

2) germine 6 - loculari, ſtylo 6 - partito; fructu ſingulo hinc convexo, inde planiuſculo; ſpinis involucri ramoſis - - CASTANEA.

αβ) involucro demum cupulari, integro, extus tuberculato - ſquamoſo, hemiſphaerico, fructum nuciformem excipiente, initio ſquamoſo imbricato, ſquamis baſi in cupulam coalitis, exterioribus majoribus, 1 - floro; germine minuto, ovato, 3 - loculari, loculis 2. abortivis, ſtylo ſimplici, brevi, ſtigmate 3 - partito, laciniis reflexis; calyce germinis ſupero minuto, 6 - fido, perſiſtente, laciniis acutis, baſin ſtyli cingentibus, appreſſis; nuce ovato - cylindrica, coriacea, glabra, baſi deraſa - QVERCVS.

β) floribus diſtinctis, non involucratis; calyce duplici, utroque 3 - phyllo, inaequali, externo minuto, germini adnato, interno 3 - phyllo, foliolis rigidis, acutis; ſtylis 3. ſimplicibus, ſtigmatibusque; bacca carnoſa, rudimentis 6. tubercularibus calycinis obſoletis notata et umbilicata, 3 - ſperma; ſeminibus hinc convexis, inde angulatis, oblongis; flore dioico - IVNIPERVS.

fb) ſupero

α) ſtylo ſimplici, ſtigmate ſimplici; calyce aequali, 6 - phyllo, erecto - patente, foliolis ovatis, convexis, margine laterali reflexis; nectario centrali, acceſſorio (filamentorum tubo exanthero), ovato, calycem aequante, erecto, colorato, apice perforato; germine oblongo - ovato, intra nectarium abſcondito, ſtylo cylindraceo, nectarium aequante, ſtigmate obtuſo, per

os

os nectarii prominente; bacca globoſa, 3 - loculari, 6 - ſperma; ſeminibus globoſis; flore dioico - - - - RUSCUS.

β) ſtylis, vel ſtigmatibus abſque ſtylo, tribus

βα) fructu 6 - ſpermo, 3 - loculari; flore dioico; calyce 6 - phyllo, campanulato - patente, deciduo, foliolis oblongis, baſi approximatis, apice reflexis, patulis; germine ovato, ſtylis 3. minutis, ſtigmate ſingulo oblongo, reflexo, pubeſcente; bacca globoſa; ſemine ſingulo globoſo - SMILAX.

βα) fructu 1 - ſpermo; floribus dioicis, foliolis calycis alternis; germine 3 - gono, ſtigmatibus 3. plumoſis, ſeſſilibus - - (RUMEX).

g) 7 - phyllo, foliolis ſub - rotundis, concavis, duplici ſerie digeſto, exteriore 4-phyllo, foliolis obtuſis, patentibus, interiore 3 - phyllo, majore; germine ſubrotundo, obtuſe 3 - gono, deſinente in ſtylos 3. breviſſimos, perſiſtentes, ſtigmate ſingulo obtuſo, hiſpido, capſula ſub - rotunda, 3 - roſtri, 3 - loculari, 3 - fariam elaſtice dehiſcente, 6 - ſperma; ſemine ſingulo oblongo, hinc rotundato, inde plano; flore monoico - - - - BUXUS.

h) polyphyllo vel multifido

ha) germine ſimplici

α) ſtylo ſimplici; flore monoico; ſtigmate 3 - plici, calyce (involucro) imbricato - ſquamoſo, baſi 1 - phyllo; germine 3 - loculari; nuce 1 - ſperma - (QUERCUS).

β) ſtylo nullo, ſtigmate ſeſſili ſimplici, vel obſoleto

βα) calyce gemmaceo, vel multiplici ſpathaceo, germine urceolo cincto intra gemmam; germine ovato - acuminato, ſtigmate in acumine obtuſo; urceolo initio lagenaeformi, germen in fundo ſuo recondente, dein cyathiformi ad baſin fructus matureſcentis retracto, demum ultra maturum fructum producto, baccato, eum involvente; fructu nuciformi acuminato; gemma imbricata, florem includente; flore dioico - TAXUS.

ββ) calyce multipartito, laciniis ſubulatis, aequalibus, germine ovato, compreſſo, ſtigmate ſeſſili, obliquo, obtuſo; drupa ovata, acuminata, cortice tenui, nuce 1 - ſperma; flore monoico - - CERATOPHYLLUM.

hb) germinibus pluribus, calyce multiplici, gemmaceo, imbricato.

α) e ſolis ſquamis; ſtylis germinum duplicibus; fructubus demum nuciformibus, a calyculis propriis accretis cinctis, gemma decidua; flore monoico - (CORYLUS.)

β e calyculis 5. 1 - phyllis, ſub - ovatis, 2 - partitis, interioribus majoribus, laciniis alternantibus, vaginatim impoſitis, demum circa fructus 2. ſeminiformes baccato - accretis, ſucculentis; germinibus 2. ovatis, ſupremum calyculum aequantibus, ſtylo ſinguli germinis ſimplici, filiformi, brevi, ſtigmate ſimplici; fructubus germinum ſeminiformibus, ovato - acutis, hinc convexis, inde planis, a calyce baccato undique tegente compreſſis, flore dioico - - - - - EPHEDRA.

HB) Floribus glumaceis, ſquama duplici graminea, externe, interne, vel in utroque calyce tali; gluma duplici calycina, et ſimul corollina praeſente; ſtylo ſimplici

a) ſtigmate ſimplici; floribus in propria ſpica denſiſſima, a panicula maſcula remotis; gluma calycina 1 - flora, 2 - valvi, perſiſtente, valvulis ſub - rotundis, craſ-

 ſis,

ſis, margine membranaceis, ciliatis, exteriore craſſiore; gluma corollina 4-valvi, valvulis inaequalibus, membranaceis, hyalinis, latis, brevibus, perſiſtentibus; germine minuto, ſtylo filiformi, omnium longiſſimo, pendulo, ſtigmate ſimplici, verſus apicem pubeſcente; fructubus ſeminiformibus, ſubrotundis, baſi angulatis, compreſſis, glumis longioribus, pedicellatis, ſuper receptaculum maximum, elongatum, in ſpicam teretem granoſam aggregatis - - - Zea. (*)

b) ſtigmate duplici; calyce 1-floro; flore foemineo ad paniculae maſculae baſin, involucrato; involucro ovato-conico, craſſo, obtuſo, nitido, duro, apice perforato, ore obliquo, continente pedunculum floris maſculi, florem foemineum, et rudimenta 2. floſculorum cylindrica, clavata, ex ore involucri prominentia, ad latus utrumque pedunculi; gluma ſolitaria, lineari, anguſta, 2-dentata, marginibus inflexis, ad baſin pedunculi; gluma calycina 2-valvi, craſſa, interne celluloſa, valvula exteriore magna, ventricoſa, cuſpide longa canaliculata, emarginata terminata, interna planiuſcula, dorſo 2-ſulca, marginibus inflexis, in cuſpidem planiuſculam, acutam, acuminatam deſinente; valvula tertia acceſſoria in ſinu externae, minore, ſimili, tenuiſſima, cuſpidata, emarginata, ſubcarinata, dorſo germinis incumbente; germine ſub-rotundo, compreſſo, minuto, ſtylo compreſſo, ſtigmate ſingulo corniculato, florem ſuperante, undique pubeſcente, fructu ſeminiformi, ſub-globoſo, antice profunde ſulcato, ſtylo roſtrato, calyce indurato, et involucro nitente, indurato, clauſo, arcte involuto - Coix. (*)

HC) Floribus amentaceis, ſquamoſis

a) germine ſimplici ad ſingulam ſquamam

aa) 1-ſpermo

α) ſtylo ſimplici

αα) ſtigmate ſimplici, floribus monoicis; ſquamis et clavis commixtis; germinibus in ſtylos ſubulatos abeuntibus, ſtigmate ſingulo recurvo; fructu ſeminiformi ſub-rotundo, pedicello ſetaceo inſidente, et ſtylo ſubulato terminato, baſi pappo capillari inſtructo, floribus in globum congeſtis - Platanus. (*)

αβ) ſtigmate partito, (floribus monoicis)

1) 2-fido (Carex); germine involucrato, et coronato, parvo, 3-loculari, loculis 2. abortivis, ſtylo breviſſimo, ſtigmatibus 2. capillaribus, calyculo 3-dentato, parvo, coronato, involucro 6-fido, inaequali, perſiſtente cincto; ſquamis lanceolatis, villoſis, apice reflexis, in amentum laxum digeſtis, perſiſtentibus; nuce in baſi ſquamae ovata, compreſſa, tecta involucro perſiſtente, ovato, compreſſo, coſtato, ore 6-fido, dentibus 2. oppoſitis majoribus - Carpinus.

2) 3-fido, germine intra urceolum 2-dentatum, inflatum, ſuperne contractum, perſiſtentem, ipſo 3-quetro; ſtylo ſimplici, ſtigmate 3-fido (2-fido), ſingula lacinia ſubulata, incurva, elongata, acuminata, pubeſcente; ſquama ſpicae ſingula lanceolata, acuta, concava, perſiſtente; fructu ſeminiformi ovato-acuto, 3-quetro, nectario incluſo - - - - - - Carex.

β) ſtylo duplici, ſingulo filiformi, calycem ſuperante, ſtigmate ſingulo ſimplici, germine ſub-ovato; ſquama lunata, obtuſe acuminata, concava; amento

Digitized by Google

amento ovato - oblongo, undique imbricato, laxo; fructu baccato, 1-ſpermo; flore dioico - - - - - - - MYRICA.

ab) polyſpermo, 1 - loculari; floribus dioicis;

α) germine libero, ſtigmate 2 - fido; amento ſquamoſo, ſquamis lanceolatis acutis; germine ſingulae ſquamae ovato, ſurſum attenuato, vix ſtyligero, ſtigmate duplici; lacinia ſingula ſimplici, immo 2 - fida; capſula 2 - valvi, valvulis revolutis; ſeminibus numeroſis, minutis, papposis - - SALIX.

β) germine urceolo turbinato, ſuperne oblique aperto, inſidente, ovato, acuminato, ſtigmate ſeſſili, 4 - fido; ſquama ſingula oblonga, plana, margine lacera; amento laxe ſquamoſo, cylindraceo; capſula 2 - valvi, valvis reflexis; ſeminibus numeroſis, parvis, pappoſis - - POPULUS.

b) germinibus pluribus

ba) duobus, ſupra ſquamam explanatam vel ſub - peltatam, abeuntibus in fructus ſeminiformes, alatos, ſub ſquama ſtrobili reconditos; floribus monoicis; amentis ſexu diſtinctis

α) ſtylo ſinguli germinis ſimplici vel obſoleto

αα) ſquamis amenti copioſis, imbricatis; fructubus hinc tantum alatis - PINUS.

αβ) ſquamis amenti paucioribus, per paria oppoſitis; fructubus utrinque plus vel minus membranaceo - alatis - - - - THUIA.

β) ſtylo ſinguli germinis duplici, ſubulato, carnoſo, germine parvo, ovato, compreſſo, 2 - ſpermo, abortu demum 1 - ſpermo - - BETULA.

bb) pluribus (4 - 8.) circum baſin ſquamae peltatae accumulatis; fructubus ſeminiformibus totidem circum baſin ſquamae ſtrobilinae angulatis, vel compreſſis, minus alatis - - - - - - - CUPRESSUS.

HD) Floribus apetalis

a) ſolitariis, vel racemoſis

aa) floribus monoicis, maſculis appoſitis, foemineo ad baſin diſſepimenti ſpathae adnati, in altero latere ſtaminiferi; germine ſubrotundo, ſtylo cylindraceo, ſpatha breviore, ſtigmate obtuſo; capſula ſubrotunda, 1 - loculari, polyſperma; ſeminibus ovatis - - - - - AMBROSINIA.

ab) floribus dioicis, plane ſeparatis (in Fraxino hermaphroditi interdum accedunt); ſtylo ſimplici; fructu 1 - ſpermo (raro, ut in Najade, 4 - ſpermo), ſtigmate 2 - fido

α) ſtaminibus 2. glandularibus, effoetis, ad baſin germinis acceſſoriis; fructu ſeminiformi, alato, abortu (antea 2 - ſpermo) 1 - ſpermo - (FRAXINUS).

β) ſtaminibus acceſſoriis nullis; germine ovato, in ſtylum attenuatum deſinente, ſtigmate ſimplici, perſiſtente; capſula ovata, 1 - loculari, 1 - 4 - ſperma - - - - - - - - NAJAS.

b) floribus aggregatis

ba) in flore compoſito cum tubuloſis hermaphroditis (Artemiſia, Iva, Gnaphalium etc.)

bb) in ſpadice oblongo, vel elongato, qui pars plantae folioſae, in ſpatha 1-phylla;

α) ſpadice undique tecto maſculis organis intermixtis, vel in eodem ſpadice

 ſuperne

ſuperne poſitis; germine ſingulo ſubrotundo, obtuſo, ſtylo ſimplici, breviſſimo, ſtigmate acuto; bacca 4-gono-globoſa, pulpoſa, 1-loculari, ſingula polyſperma; ſeminibus (6-12) oblongis, cylindraceis, utrinque obtuſis; ſpatha ovato-cordata, acuminata, colorata, maxima, patente, perſiſtente . . . . Calla. (*)

β) ſpadice ſuperne nudo, in medio ſtamina, verſus baſin piſtilla in acervo verticillari affigente; germine ſingulo obovato, ſtigmate ſeſſili; bacca ſinguli germinis globoſa, 1-loculari, polyſperma; ſeminibus ſub-rotundis; ſpatha

αα) rectiore, antheris ſeſſilibus . . . . Arum.

αβ) apice incurva, antheris pedunculatis . . . . . . Ariſarum.

bc) in ſpadice planato, in altero plano inferne germinibus alternis, ſubpedicellatis, apice affixis, nutantibus; ſingulo ovato, compreſſo, ancipiti, ſtylo ſimplici, ſtigmate duplici, capillari; capſula ſinguli germinis ovata, roſtrata, ſtylo terminata, ſub-compreſſa, membranacea, diaphana, 1-loculari, clauſa, 1-ſperma, ſemine elliptico, compreſſo, ſtriato; folii baſi vaginante, ſpathae inſtar ſpadicem includente, ſuperiori parte ſuper piſtilla ſtamina gerentem Zoſtera.

Classis XII.

CRYPTOGAMIA.

A) Fructificatione ſpicaeformi terminali, compoſita e peltis angulatis, ſibi marginaliter appoſitis, inferne verſus petioli baſin marginato-valvulatis (valvis tubuloſo-clauſis ſingulis), poſt dehiſcentiam valvularum, continentibus inter valvulas et petiolum proprium pollen ſexuale, exſiccatione tumeſcens, halitu humidiore ſe contrahens, maturitate inter valvas divergentes proveniens, compoſitum (lente viſum) e germinibus punctiformibus, quibus adhaerent ſingulis 4. fila cruciatim poſita, elaſtica, apicibus ſpathulata, et ibi granula (pollen maſculum) gerentia . . . . 670. Equiſetum.

B) Fructificationibus ſubglobatis, ſaepius radicalibus plantae aquaticae

BA) a fronde ipſa ſeparatis, globoſis

a) globis ſexu diſtinctis, glomerulo globorum radicalium 4-9. maſculorum, centrali globo foemineo; globo ſingulo pubeſcente, 1-loculari, conſtante membrana duplici, interiore tenuiore, utriſque interjectis coſtis 10-12. longitudinalibus; columella erecta in globis maſculis, fundo globi inſidente, ſecundum totam longitudinem et apicem emittente filamenta numeroſa (2-300) capillaria, anthe-

Digitized by Google

antheris globoſis, 1-locularibus; globo foemineo in fundo cavi ſui circiter 15. germina continente, pedicellata, oblique ovata; obtuſa, punctato-ſcabra, apicibus puncto (ſtigmate) notata, in totidem fructus ſeminiformes abeuntia. - 671. SALVINIA.

b) globis hermaphroditis, petiolaribus, demum dehiſcentibus; antheris ſeſſilibus, ob-ovatis, inferne acutis, 1-locularibus, transverſe dehiſcentibus, pollen ſphaericum explodentibus

ba) globis ovalibus, ſub-compreſſis, multilocularibus, ſupra radicem affixis petiolo folii, coriaceis, piloſis, baſi dehiſcentibus, interne diviſis in loculamenta 14-15. in 2. ſeries longitudinales, diſſepimento membranaceo disjunctas, digeſta; piſtillis in ſingulo loculamento pluribus, ovalibus, ſtigmate brevi, obtuſo, ſeſſili inſtructis, in ſeriem transverſalem coordinatis, antheris circa unumquodque piſtillum pluribus, minutis; fructubus ſeminiformibus 672. MARSILEA.

bb) globis globatis, villoſis, inter folia, ad ſingula genicula affixis, 4-locularibus, loculamentis ſingulis membrana propria teneriore incluſis, globo ſingulo 4-fariam dehiſcente; germinibus pluribus in parte inferiore cujusque loculamenti, oblique pyriformi ſingulo, parte interiore affixo, ſtigmate ſeſſili in vertice partis craſſioris, conico, ſulcato; fructu membranaceo ſingulo, inferne vacuo, ſuperne ſemen globoſum recondente; receptaculo carnoſo, ſinguli loculamenti parieti externo in medio inter bina diſſepimenta ſpatio adnato, antheras et piſtilla affigente - - - - 673. PILVLARIA.

BB) in baſi foliis incluſis, ſexu diſtinctis, baſi alia foliorum interiorum antheram, alia exteriorum (2-loculari?) piſtilla numeroſa excipiente - - 674. ISOETES.

C) Fructificationibus 2-(3-6-) valvibus, lateraliter affixis, ſeſſilibus, pollen (ſeminum) ſolum continentibus; fronde virente

CA) in ſpica diſticha, fronde cum pedunculo ſpicae coalita ſimplici, integra, vel laciniata, vel ſeparata - - - - - 675. OPHIOGLOSSVM.

CB) in ſpica teretiori, ſpiraliter obtecta, vel imbricata, fructificatione ſingula in axilla ſquamae foliaceae; fronde muſcoſo-foliacea - - - - 676. LYCOPODIVM.

CC) in racemo ſparſe fructificationibus terminata; fronde cum pedunculo racemi ſaepe coalita ſimplici quidem, ſed lobata - - - - 677. LVNVLARIA.

D) fructificationibus in averſa fronde (virente), graniformi aggregatis, corneis, duriuſculis, annulo elaſtico cinctis, demum pedicellatis, initio gregarie epidermide obvelatis, poſtea rumpente (Filices dorſigerae)

DA) diſcum frondis denſe occupantibus

a) qua partem frondis, aut frondem totam, ab alia ejusdem ſpeciei ſterili ſeparatam - 678. OSMVNDA.

b) frondem virentem totam et omnem in pagina averſa - - - 679. ACROSTICHVM.

DB) partes diſci tantum occupantibus

a) in lineolas diſpoſitis, ſimplices, rectas, coſtae frondis obverſas, eam decuſſantes - 680. ASPLENIVM.

b) in puncta, vel maculas rotundas - - - - - 681. POLYPODIVM.

DC) marginem frondis occupantibus

a) totum - - - - - - 682. PTERIS.

b) ſolum apices loborum - - - - - - 683. ADIANTVM.

E) Fru-

E) Fructibus ſeminiferis circumſciſſis, fronde plerisque virente (Muſci frondoſi)
EA) Periſtomio ſ. opere ciliari circa orificium urnae fructus, ſ. partis inferioris proprie ſeminiferae, nullo conſpicuo
a) operculo, ſ. parte fructus orificium urnae claudente, non deciduo, ſed fructu manente clauſo - - - - - - - 684. Phascum.
b) operculo diſcedente
ba) capſula ſeſſili in diſco pedunculum brevem terminante - - - 685. Sphagnum.
bb) capſula longe pedunculata - - - - - - 686. Gymnostomum.
EB) Periſtomio ſimplici, ſ. dentibus ejus ſimplici ſerie digeſtis
a) dentibus rectioribus, vel tantum curvatis
aa) quatuor - - - - - - 687. Tetraphis.
ab) octonis,
α) fructu apophyſi pedunculi inſidente - - - 688. Splachnum.
β) fructu ſoli pedunculo inſidente - - - - 689. Octoblepharis.
ac) ſedenis
α) ſimplicibus
αα) latiuſculis - - - - - 690. Grimmia.
αβ) anguſtis - - - - - - 691. Encalypta.
β) 2 - fidis
βα) latiuſculis - - - - - - 692. Dicranum.
ββ) ſetaceo - terminatis - - - - - - 693. Trichostomum.
ad) triginta duobus
α) latiuſculis abbreviatis - - - - - 694. Polytrichum.
β) filiformibus - - - - - - 695. Didymodon.
b) contortis, ſpiralibus - - - - - - 696. Tortula.
EC) Periſtomio duplici, ſ. dentibus duplici ſerie digeſtis; externa ſerie 16 - dentata
a) dentibus internis latiuſculis, 16. diſtinctis - - - 697. Weissia.
b) dentibus internis ciliaribus, ſubulatis
ba) dentibus externis acutis
α) rectis - - - - - - - 698. Neckera.
β) obliquis - - - - - - 699. Funaria.
bb) dentibus externis obtuſis, (internis liberis vel connexis) - - 700. Meesia.
c) dentibus internis membranaceo - coalitis
ca) fructu recte pedunculo impoſito, et prominente
α) laciniis periſtomii interni inaequalibus; latiuſculis et capillaribus alternis - 701. Bryum.
β) laciniis periſtomii interni aequalibus
βα) fructu ſolum pedunculo inſidente
1) fructu ovato - - - - - 702. Timmia.

2) fructu

2) fructu ſphaerico, ſtriato . - - - 703. BARTRAMIA.

ββ) fructu apophyſi inſidente, periſtomio interno 16 - partito - 704. POHLIA.

cb) fructu oblique extra ſuam axin pedunculo inſidente, ſubſtantiaque inaequali, hinc membranaceo, inde corneo, dentibus externis truncatis - 705. BVXBAVMIA.

cd) fructu ſeſſili intra gemmam, dentibus externis ſubulatis - - 706. FONTINALIS.

F) Fructubus 2 - 4 - 5 - 8 - 10 - valvibus, non transverſe circumſciſſis, etiam corneis, ſeminibus intra illas ſaepius filo elaſtico circumdatis; foliis ſaepe lobatis (Muſci hepatici). Flores maſculi in frondibus ſparſi glomerati.

FA) Fructu multivalvi

a) ſolitario

aa) e calyculo tubuloſo egrediente, ipſo fructu 4 - valvi - - 707. IVNGERMANNIA.

ab) e calyculo 2 - valvi, intra eum ſeſſili fructu - - - 708. TARGIONIA.

b) aggregato in receptaculo pedunculato communi - - - 709 MARCHANTIA.

FB) Fructu ſolum 2 - valvi, ſiliquaeformi - - - - 710. ANTHOCEROS.

G) Fructubus frondi immerſis, obſoletis

GA) ſtylo coronatis, eoque extra frondem apertis

a) ſtylo prominulo - - - - - 711. BLASIA.

b) ſtylo retracto - - - - - - 712. RICCIA.

GB) tuberibus frondis coriaceae, cruſtaceae, vel ramoſae immerſis

a) plantae terreſtris - - - - - 713. LICHEN.

b) —— ſubmarinae - - - - 714. FVCVS.

H) fructificationibus indiſtinctis in corpore gelatinoſo

HA) terreſtri - - - - - - - 715. TREMELLA.

HB) ſub - aquatico . - - - - - - 716. VLVA.

I) Fructificationibus minutiſſimis, granuloſis, in ſuperficie; vel in cavo, corporis carnoſi, aphylli, non ſub - aquatici (Fungi)

IA) Corpore horizontaliter expanſo, pileiformi, altera pagina ſuperficialiter polline minutiſſimo ſeminali tecto

a) infera pagina fructificante

aa) figurata

α) lamellis vel venis elatis radiantibus . - - - 717. AGARICVS.

β) poris, tubis, cellulis - - - - 718. BOLETVS.

γ) prominentiis, vel aculeis - - - - 719. HYDNVM.

ab) aequaliore - - - - 720. HELVELA.

b) ſupera fructificante

ba) aperta, concava (Sphaeria cyathiformis huc quaeri poſſet)

α) laevigatiore, vel ſimplici

αα) corpore vario terreſtri, vel ſuperficiali, externe affixo, folliculos 8-ſpermos, microſcopicos, in ſubſtantia retinente - - - 721. Octospo-ra.

αβ) corpore ſub-corticali, ſub cortice vegetabili ſ. epidermide, demum diſrumpente accreto

1) orbiculato - - - - - 722. Tympanis.

2) oblongo, 2-labiato, diſco tumente - - - 723. Hysterium.

β) corpuſcula lentiformia continente - - - - 724. Cyathus.

bb) convexa

α) fungo terreſtri, vel exterius affixo - - - 725. Phallus.

β) fungo ſub-corticali - - - - - 726. Tubercularia.

IB) Corpore claviformi, vel ramoſo, etiam externe in ſuperficie, ut priores, fructificante

a) termino, vel apicibus, non ſolum diſtincte fructificante

aa) corpore ſolido, craſſiuſculo ſimplici, vel ramoſo - - 727. Clavaria.

ab) filo tenero ſ. ſtipito filiformi capitulum globoſum cavum ſuſtentante, utroque externe ſeminifero - - - - 728. Periconia.

b) termino fungi capituliformi vario, diſtincto, et ſolo fructificante - 729. Cephalaria.

IC) Fructificationibus in cavo retentis, et (excepta Bulbaria) denſe fartis

a) cavo ſeſſili, vario, fixo

aa) ſeminibus farto

α) non in maſſa protrudendis

αα) ſiccis, cortice fatiſcente vel diſtincte dehiſcente, terreſtri corpore, vel ſubcutaneo - - - - - - 730. Lycoperdon.

αβ) carnoſis, intra corticem cancellatum, demum intra eum deliqueſcentibus, cortice inani - - - - - 731. Clathrus.

αγ) intra carnem diſperſis, fungo ſubterraneo - - 732. Tuber.

β) protrudendis, cohaerentibus - - - - 733. Sphaeria.

ab) inani, ſeminibus parietalibus, elaſtice, forma nebulae proſilientibus, cavo demum rumpente - - - - - 734. Bulbaria.

b) cavo elaſtice ab involucro explodendo, fungo ipſo ſeſſili

ba) fructu ſeminifero libero

α) involucri ore integro - - - - - 735. Thelebolus.

β) involucri ore fiſſo - - - - - 736. Carpobolus.

bb) fructu ſeminifero initio operculo tecto - - - 737. Atractobolus.

c) cavo ſeminifero ſtipitato

ca) deciduo, diſpellendo

α) duro, punctato, pilciformi, ejaculando - - - 738. Pilobolus.

β) ſub-globoſo, deciduo - - - - 739. Chordostylum.

cb) permanente, contabeſcente

α) contabeſcente, indurante, clauſo - - - 740. Mucor.

β) ſicco

β) ſicco, farto, dehiſcente vario modo - - - [LYCOPERDON.]

K) Fructificationibus vix ullis, corpore vegetabilis extenſili, ſimilari, nodis ſaepe intercedentibus

KA) Corpore fibroſo vel moniliformi, molli

